

ma qui fil. sint leg. S. fina. ver. nunquid, cum potissimè facta fuerit hic loco subiecto Ecclesie, quo casu summus Pont. habet eandem iurisdictionem quò ad iurisdictiones temporales quas habet Imperator in terris Imperii. c. per venerabile. & ibi Butr. qui fil. sint leg. & trad. Alex. vtrumque conf. 2. col. 4. uol. 1. † cessat igitur obiectum de radice infecta: quia si Albertus fuit legitimatus à legitimo nihil differebat, & pristina ingenuitati fuit restitutus, vt tradit Alex. in d. conf. 2. col. 4. per iura quæ ibi deducuntur, merito Philippus non dicitur natus ex radice infecta, sicque D. Lucretia Philippi filia dicitur ex legitimis descendibus descendisse. Et licet uerba d. codicillorum dicant. Si verò filii d. codicillantis aut eorum liberi masculi in infinitum descendentes decesserint absque filii masculis sed filiabus relictis iussit ipsas dotari: Extentq; filii masculis D. Borsii, propter quos non uidetur esse casus dotationis foeminarum in defectum omnium masculorum. At ramen secus dici debet † Nam pluralitas resoluitur in singularitates, quoties respicit diuersos & separatos effectus. l. falsa. S. fi. & ibi Bar. Cast. & alii. ff. ad Treb. & tradit Ang. conf. 165. dictum legatum. vbi dicit quòd in dicto. S. fina. pluralis sermo relatus erat ad plures, & in persona cuiuslibet suum distinctum & consummatum sortiebatur effectum, merito ille sermo pluralis in singularitates resoluitur. † Hinc Dec. dicit conf. 50. col. 2. quòd datio tutoris à testatore facta filiis suis debet habere locum in uno tantum filio, quia facta fuit ad prouisionem filiorum, & respicit diuersos effectus, vt singuli filii bene gubernentur, merito resoluitur in suas singularitates, & sic vno tantum extante filio. At in proposito nostro codicillans reliquit dotes filiabus ad earum prouisionem, hocque respicit diuersos effectus, vt singule dotentur & à singulis hæredibus & successoribus filiorum & liberorum, merito resoluitur pluralitas in suas singularitates, vt nedum si plures extent filie, sed etiam si vna, nedumque si omnes filii & liberi masculi decesserint, sed etiam si quidam sic, quidam uerò non. Nam eorum qui decesserint filia dotari debent. Et ex his iudicandum est ad fauorem dictæ Dominæ.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro D. Emanuele de Budrio.

ARGUMENTVM.

De ditione nullitatis laudi & eius reductione.

SUMMARIVM.

1 Sententia dicitur nulla post tempus præfixum instantiæ sine causæ.  
Et est uerior & communior opinio. 2.

- 2 Tempus statuti censetur appositum instantiæ. loci temporis legalis.
- 3 Tempus ubi dirigitur in rem censetur præfixum instantiæ.
- 4 Tempore præfixo instantiæ finito expirat iurisdictionis. Sicut & dispositio finito tempore limitato.
- 5 Permissum ad tempus post illud dicitur esse prohibitiu.
- 6 Tempore præfixo ad inquirendum de crimine eo finito amplius cognosci non potest.
- 7 Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis quandoque opponi potest.  
Non attentio statuto prohibente excipi de nullitate. 8.  
Et etiam post executionem sententiæ. 9.
- 10 Iurisdictionis est fundamentum fundamentorum iudicij.
- 11 Iudex est potissima pars, basis & fundamentum Dux & Imperator iudicij.
- 12 Partes non possunt prorogare instantiam statuti præfixi tempus breuius determinato à iure communi.  
Et de ratione. 13.
- 14 Verba toties quoties apta sunt ad infinitatem.
- 15 Potestas prorogandi compromissum arbitrariis concessa toties quoties non indiscretè nec nimis largè debet intelligi.  
Et taliter ut existeret infinitas. 16.  
Sed pro duobus uicibus. 17.  
Et ne tempus quod prorogatur sit maius prorogato. 18.  
Nec ultra tres menses. 19.  
Et pro eodem tempore quo factum fuit compromissum. 20.
- 21 Laudum est nullum latum extra deducta in compromisso.
- 22 Concessio quicquid iuris est in tali loco nihil operatur non confisio de iure.
- 23 Arbitrarius non potest apponere manus ad aliquam rem in compromisso non deductam.
- 24 Statutum excludens nullitatem non censetur eam excludere quæ causatur ex defectu potestatis.
- 25 Iurans non dicere laudum vel sententiam nullam potest allegare nullitatem ex defectu potestatis.
- 26 Laudum nullum ex defectu potestatis ratificari non potest.
- 27 Statutum generale non comprehendit casum de quo non potest in specie disponere.
- 28 Laudum nullum respectu rerum de quibus ferri non potuit dicitur etiam nullum respectu earum super quibus proferrè poterat.
- 29 Inferior non potest se ingerere super dispositis à superiore.
- 30 Iudicis assertioni non statuit alio in actis non apparente.
- 31 Statutum tollens reductionem respectu lesionis enormis, enormioris & enormissima locum non habet in totali.
- 32 Lesio enormis, enormior uel enormissima que dicitur.
- 33 Reductio per potest non attentis quibuscumque uerbis compromissi.

Auxilium

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXLIII.



ICTIO nullitatis ac reductio in terposita per Emanuellè de Budrio à laudo per duos arbitros lato in fauorem Saluatoris & Ioseph fratrum de Nursis, nõ uideatur quoquomodo deuoluerè, cum fuerit factum compromissum iuxta formam statuti. De compro. int. coniunc. c. ique se subiecit d. Emanuel. Et illud lato laudo concorditer per duos arbitros primos tollit nullitatem & reductionem ex quocunq; capite in amplissima forma & omne aliud remedium præcidit.

Sed tamen eo non attentio uelut in casu nostro non obstantè contrarium uerius esse dico. Moueor, nam couenerunt partes in instrumento compromissi, quòd præsens causa compromissi habeat & habere debeat instantiam vnius mensis, & tamen laudum fuit latum nedum post mensem sed post menses & annos † meritò cum tempus præfixum fuerit instantiæ seu causæ dirigendo uerba in ipsam causam, sententia postea lata fuit ipso iure nulla, vt tradit Bar. Bal. Alex. Ias. & omnes antiqui, quos referunt in l. properandum. in prin. C. de iud. & in terminis temporis vnius mensis præfixi causæ, puta si statutum diceret, quòd causa expediatur infra vnum mensem, † idem concludit Cast. cõf. 326. uidetur dicendum, col. 3. dicens quòd hoc casu uerior est & communior opinio Riccardi tenentis sententiam esse nullam latam post mensem licet infra triennium: quia tale tempus statuti censetur appositum instantiæ loco temporis legalis: quia statutum loquitur per eundem modum, per quem loquitur lex, dirigendo uerba in ipsam causam seu instantiam & sic uidetur recedere à tempore legali, sicq; tenent D. de Rot. decisione. 694. dicitur quòd appellatio, in antiq. Alex. cõf. 59. col. 3. uol. 4. conf. 64. viso. uol. 6. & conf. 79. in prin. vol. 7. Van. in trac. de null. sent. ex defect. iurisd. nu. 116. & cum præfatis tenet Corn. conf. 251. col. 2. uol. 2. & D. meus Rimi. conf. 90. col. 2. † ubi plus addit, quòd in dubio quando tempus dirigitur in rem intelligitur præfixum instantiæ prout declarant Iacob. Butrig. Sal. & Raph. in d. l. properandum, Bal. in l. fi. C. vt infra cert. temp. & in l. obseruare. S. proficisci. 3. q. ff. de offi. procon. Caslad. dec. 9. n. 4. de appel. Vant. loco citato nu. 120. quod casu nostro deseruit, in quo uerba concepta fuerunt in rem, dicendo quòd præsens causa compromissi habeat instantiam vnius mensis † & ubi tempus præfixitur instantiæ & sic iurisdictioni, finito tempore expirat iurisdictionis. c. de causis. vbi est rex. de offi. deleg. & ibi not. Abb. & Dec. dicēs quòd hæc est natura limitati temporis, quòd

finito tempore dispositio cessat. l. Imperator. ff. de sta. hom. quia permissum ad tempus, post illud uidetur esse prohibitum l. statuliberu. S. stichum. ff. de leg. 1. & ibi not. Bar. † quòd ei qui potest aliquid facere, si ad faciendum statuat tempus & infra tempus non facit, post tempus uidetur esse prohibitum, hancq; regulam repetit Bar. in l. scire oportet. S. consequens. ff. de excu. tut. Castr. in l. epistola. S. fi. ff. de pac. Bar. Imol. Alex. & Ias. in l. si ita quis. ff. de vulg. & pup. & ego latius comprobaui in S. 1. insti. de dona. nu. 217. & in l. 1. nu. 451. C. qui admittit. & in l. vnica. C. quando non pet. par. num. 165. † & ibi dicitur in terminis iurisdictionis addo Bero. conf. 167. nu. 5. vol. 3. & Rol. à Val. conf. 94. nu. 11. vo. 3. dicentes, quòd ubicunq; à lege vel statuto certum tempus est præfixum ad inquirendum de crimine, illo tempore elapso perit ius procedendi super eo crimine, adeo qd de ipso amplius cognosci non potest. † Quare cum exceptio nullitatis laudi præsentis proueniat ex defectu iurisdictionis, sequitur ut quæ docunq; de illa opponi possit, ut per glo. fin. & ibi sequitur Anch. & Imol. i. cle. 1. de sequere. poss. & fruc. Anch. conf. 272. col. fin. Bal. in l. si quis filio. S. quod si quis. ff. de iniur. test. Abb. in c. episcopi. col. 1. de reb. eccl. non alie. Ang. conf. 159. Roma. conf. 42. cum similibus, cumulatè positis à Marf. sing. 10. Perus. in c. si duobus. n. 18. & in c. dilecto. q. 52. de appel. in 6. limit. n. 144. Dec. conf. 8. col. pen. Rube. conf. 51. D. meus Rimi. conf. 355. † idq; procedit etiam non attentio statuto prohibente excipi de nullitate, prout in casu nostro, vt tradit Bal. in l. exceptione. col. fi. uerf. sed pone statutum. C. de prob. cum similibus adductis per Dec. conf. 38. nu. 7. Perus. in d. 6. limit. & Marf. i. d. sing. 10. † ubi post Innoc. in c. ex ratione. de app. & Bald. in Marg. sua uerbo agens. uult, quòd etiam post executionem sententiæ possit hoc uentilari. † quia iurisdictionis est fundamentum fundamentorum iudicij, secundum Bal. cõf. 15. ista causa uol. primo † iudexque dicitur esse potissima pars, basis & fundamentum, Dux & Imperator iudicij, vt idem Bal. docet in rub. C. si nõ compe. iud. sequitur Vant. in d. trac. de nullit. ex defect. iurisd. in prin. & Bologni. conf. 8. col. 1. in fin. ut per eum.  
Nec præfatæ conclusioni repugnat facultas arbitris data per partes dicentes, quòd sit in libera potestate arbitratorum ipsam instantiam prorogare per alium mensem, & etiam per alios plures menses & toties quoties, & prout † ipsis arbitris liberè uidebitur & placuerit † quoniam sicuti proditum est, protritumque, partes non posse prorogare instantiam statuti præfixi tempus breuius statuto de iure communi, vt uoluit Io. And. post Ricar. Mal. & Marf. Silli. in addi. Spec. tit. de appel. S. nunc breuiter. Imol. in l. 4. in prin. ff. de dam. infec. Alex. conf. 23. uol. 4. post. But. in c. ex ratione. de

de app. & Bal. in l. cetero. in. ff. de vul. & pup. D. m. Rimi. conf. 346. nu. 7. quia ( ut ipsi dicunt ) cum tempus à statuto præfixum sit subrogatum loco temporis præfixi de iure communi meritò sapere debet eius naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. † Vnde sicut instantia triēni de iure communi prorogari nō potest consensu partium, secundum Bar. & omnes passim in d. l. properandum. in prin. pariter nec instantia breuior à statuto introducta: pari quoq; modo tempus hoc vnus mensis præfixi pro instantia huius compromissi non potuit prorogari per arbitros de voluntate partium ne quod partibus directò prohibetur, per indirectum concedatur mediante d. facultate arbitris per eas concessa, contra. c. cum quid vna uia. de reg. iur. in 6.

14 † Secundò posito quòd d. facultas arbitris concessa ualuisse ipsiq; sepius potuissent instantiam compromissi prorogare, prout quinquies fecerunt: quia illa uerba toties quories apta fuissent ad infinitatem denotandum, iuxta not. per Bar. in l. qui bona. §. si. ff. de dam. infect. ubi Dy. Alb. Imol. & Alex. & idem Alex. in l. si stichum. §. 1. col. 2. ff. de uer. obli. cōfi. 144. vol. 2. Roma. in l. 2. §. si. col. 2. uer. modo ad propositum, & ibi Soc. col. pen. uer. 6. & ultimo. ff. qui fat. cog. Marf. in l. vnus. §. cogniturum. col. 7. uer. item & ultra. ff. de quæst. Tiraq. in l. boves. §. hoc sermone. limit. 26. nu. 2. & 5. ff. de uer. sig. & in trac. retrac. titulo. 2. §. 1. glo. 2. n.

15 11. † Attamen non indiscretè nec largè nimis id facere potuissent, per doct. Bal. in c. fin. col. pen. nu. 3. de consue. ubi dicit, quòd si dicat consuetudo, quòd arbitri possint prorogare terminum compromissi semel & pluries, si de numero loqueris significat saltem tres prorationes, tamen non debet esse maiores prorationes, quàm fuerit prima dilatio à qua recipiunt formam. Vnde quælibet prorogatio potest esse tanti temporis sed non maioris nec ultra quaternam vicem, ut infinitas euitetur

16 † Vnde idem Bald. in c. præsentata. nu. 12. de testi. inquit, quòd si factum fuerit compromissum cum termino mensis hoc adiecto quòd arbiter possit ad uoluntatem suam prorogare, & ipse prorogat usque quo erit arbitratus uel ad totum tempus uite suæ & sic in infinitum, certè talis prorogatio non ualebit, ut euitetur infinitas, alioquin donec uiuit arbiter erit actor in

17 adeūdo iudice præpeditus † atq; idem Bal. in c. sua nobis. in fi. eo. tit. dicit, quòd data potestate arbitro prorogandi compromissum semel & iterum, non intelligitur in infinitum sed pro duabus uicibus, nec potuit prorogare terminū donec uixerit, uel ad longum tempus: quia nō uidetur de hoc cogitatum, prout inquit Bald. se consuluisse, & ita reperitur in consi. 299. nobiles uiri, col. fi. uer. uenio ad quintum, uol. 1.

18 in anti. † ubi dicit, quòd satis uidetur probabiliter dici posse, quòd mensura temporis pro-

rogata non possit esse maior quàm mensura temporis prorogati, nisi forte fieret ex necessaria causa, & idem tradit. Bal. in l. 1. C. ut in poss. leg. col. 2. uerf. & hic est argumentum † dicens, quòd electo arbitro cum termino. 10. dierum uel alio breuissimo ad arbitrandum, data sibi potestate prorogandi, consuluit quòd cum tempus esset appositum ad litis celeritatē, arbiter non possit prorogare ad litis infinitatem, quinimò nec ultra tres mēses. patet ergo q̄ Bal. in tot locis damnat infinitatem prorogandi compromissum & nimis effusas prorogationes eūque primo loco sequitur Blanc. in trac. de cōpro. 7. q. nu. 5. 1. † ubi loquendo de prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, dicit quòd fieri debet pro eodem tempore, quo factū fuit primum compromissum, ut si compromissum fit ad mensem, non possit fieri ad sex, uel annū, uel ad uitam, deinde citat Bal. in d. c. si de consue. & in aliis locis supra citatis, sequitur idē Lanfran. in trac. de arbi. in prima q. prin. uerf. prorogatio. & Marf. sing. 52. At isti arbitri ne dum quinquies prorogauerunt instantiam compromissi, sed, quod peius est, prima uice per 4. menses eam prorogauerunt, secunda uice tantundem, tertia per sex menses. 4. per nouem, ultima plus mense, quod nequaquam secundum Bal. facere potuerunt.

21 † Secunda principalis nullitas, quæ causatur ab hoc laudo, fuit & est, quoniam arbitri, illud tulerunt extra deducta in compromisso. Nam licet in compromisso dicatur, de omnibus & quibus cumque litibus & differentis ortis & oriundis inter ipsas partes tam super compendio quàm de omni & quacunque alia differentia & quibuscumque iuribus partium &c. tamē nulla petitio particularis apparet, nulliusque scripturæ productio facta fuit, ex qua constare possit quid in compromisso deductum sit præter illud compendium † Vnde sequitur, quòd uerba compromissi generalia non includunt aliquid, super quo laudari possit, nisi illud postea appareat & in causa productum fuerit, iux. not. per Dy. Bar. Alex. & alios in l. si sic. §. 1. ff. de leg. primò, ubi dicunt, quòd si comes concessit cuidam ecclesiæ quicquid iuris habebat in tali loco, certè nihil operatur, si de iure cedentis nō apparet, sequitur D. m. Rimi. cōf. 252. nu. 20. & conf. 366. nu. 1. igitur istud laudum dicitur esse nullum ex defectu potestatis arbitratorum. l. non distinguemus. §. de offi. ff. de recep. arb. Bart. in l. aquiliana. ff. de transf. But. & Abb. in c. quinta uallis de iure iur. Ang. conf. 218. uisā narratione † ut enim dicit Bar. in l. cum aquiliana. ff. de transf. arbiter non potest apponere manum in iudicando ad aliquam rem in compromisso non comprehensam, sequitur Natt. cōf. 554. col. 2. nu. 4. & propterea Ang. in l. non erit. §. dato. ff. de iure iur. & conf. 2483. Philippus † dicit, q̄ in illis casibus, in quibus arbiter pronunciat super his quæ non include-

cludebantur in compromisso: quia talis nullitas censetur ex defectu potestatis, non intelligitur exclusa à statuto generaliter excludente nullitatem, seu quando statutum simpliciter disponeret, quòd à laudo arbitratorum nō possit appellari seu de nullitate dici, prout ad uenem nostrum de compromiss. facit † & idem Angel. conf. 194. uisā narratione, dicit prædicta procedere, dato quòd aliquis iurasset non dicere laudum vel sententiam nullam: quia nō obstante iuramento poterit opponi de tali nullitate, sequitur Do. M. Rimi. conf. 355. & ego in appo. alios addiunxi, dicitque Rimi. ibi stan per reductione petita non esse procedendum super executione laudi tanquam nulli ex defectu potestatis arbitratorum, qui laudum tulerunt super non deductis & petitis in compromisso

26 † adeoque nullum redditur hoc casu laudum quòd ratificari non potest, ut inquit Bald. de pac. Constan. uerf. sententiæ quoque, sequitur Roma. conf. 155. præmissum laudum. Ang. conf. 218. uisā narratione. col. 6. & Dec. in cap. examinata, col. 1. de confir. uil. Bero. conf. 30. nu. 16. & 20. vol. 3.

Confirmatur ista nullitas particulariter respectu quartæ partis iurisdictionis banci foeneratitii Massæ fiscalis emptæ per Emanuellem ab Isep de Nursia, ad cuius restitutionem condemnatus fuit Emanuel in d. laudo, & respectu crediti, quod habebat in ipsos fratres de Nursis scutorum 1487. à quo fuerunt absoluti d. fratres, & ultra condemnatus fuit d. Emanuel ad soluendum. d. fratribus scutos 280. in d. laudo. Nam cum de credito adessent instrumenta partis banci & de credito adessent instrumenta iuramento vallata, & ob id non potuisset Emanuel astringi ad faciendum compromissum super eis & contētis in eis: quia d. fratres eum molestando, uenissent contra iuramentum, q̄ seruare poterant sine interitu salutis æternæ.

27 c. cum contingat. de iure iurand. † & sicut statutum nostrum de compromiss. non posset specialiter disponere contrarium: quia nutrirer peccatum & non ualere, secundum nota. per Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. ff. de iust. & iu. sequitur, quòd nec in generali dispositione. d. statuti comprehendatur isti casus iurati, meritoque dici possit de nullitate. l. si pater. ff. quæ in frau. cred. Bar. in l. si quis sub conditione, in fi. ff. de condi. insti. ita pulchre tradit Castr. conf. 67. uisf. & consideratis omnibus. col. 1. in antiquis, quòd est in nou. conf. 13. vol. 2. & illud sequitur Alex. conf. 36. colum. 8. volum. 2. Baue. in trac. de virtu. iura. nu. 37. Blanc. in trac. de compro. 4. par. in uer. ex iurata promissione. & in uerf. pacti iurati: Marf. sing. 467. D. meus

28 Rimi. conf. 200. ad fin. † imò uerò sequitur quòd ex quo laudum prædictum fuit nullum respectu d. instrumentorum & rerum, super quibus laudum ferri non potuit, ita quoque sit nullum respectu aliarum rerum, super quibus

potuit ferri, per id quod tradit D. m. Rimi. conf. 355. col. 2. ubi petita parte rei si fuerit iudicatum de tota, uult laudum esse nullum: quia ultra petita prolatum fuit.

Accedit insuper respectu d. crediti scutorum 1487. quòd instrumentum super eo factum fuit & confirmatum auctoritate ducali per dispensationem suam cum interuentu. D. Bellencini ad preces d. fratrum, in quibus uoluerunt omne id quod faceret ualere & tenere perpetuò & irreuocabiliter, nec infringi posse aut annullari quacunque de causa & qualibet alia in contrarium faciente † quibus sic stantibus arbitri prædicti se ingerere non potuerunt, ut inquit Bal. in c. ea quæ, de re iud. quòd si Princeps aliquid confirmat ex certa scientia, inferior aliquid declarare non potest, sequitur Dec. in c. 1. sub nu. 3. de confir. uil. vel inut.

Nec adiuuari potest hoc laudum sub eo colore, quòd attestati fuerint in eo arbitri de communi concordia partium calculasse computus, & iuenisse quòd Emanuel errasset notabiliter, eumque remanere debitorem &c. † quoniam huic assertioni non statuit alio non apparente in actis notarii casu quòd eam iustificet, ut est casus in c. quoniam contra, de prob. ubi cautū fuit, ne per assertionem iudicis iniqui innocēs litigator lædatur, quòd omnia quæ in causa occurrerint per notarium scribantur, nec pro iudicis assertionem præsumatur, nisi quatenus in causa legitimis documentis constiterit. & ideo quicquid arbitri dicant, non est eis deferendū.

31 † Tertio respectu quoque iniquitatis reductioni locus esse dēt; quia licet statutū tollat reductionē prætextu læsionis enormis, enormioris & enormissimæ, nō tamē eā tollit respectu totalis; enormis enim uel enormior læsio dicitur, quæ contingit in 6. parte uel arbitrio iudicis, ut per Dec. conf. 39. Soc. Iu. conf. 48. nu. 2. volum. 1. enormissima uerò quæ sit ultra. 3. partes ex 4. ut tradit idem Soc. Iu. conf. 129. num. 46. volum. 1. At Emanuel læsus fuit in totum condemnatus restituere bancum emptum ab eo & absolutis aduersariis ab eius credito totali, & plus ultra condemnatus eis in scutis 280. ergo

32 sumus extra statutum † cuius uerba cum non conueniāt, nec eius dispositio debet conuenire. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. sed remanere debet hic casus in terminis iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. † quo iure datur reductio non attentis quibuscumque uerbis compromissi. Bald. & alii in l. cum antea. C. de recep. arb. Dec. dicto conf. 39. conf. 533. Cur. Iun. conf. 50. nume. 7. Grat. respon. 30. volum. 2. Ceph. conf. 137. nume. 59. cum similibus. Et hæc satis.

Hippolytus Rimi. Ferrar.

Hippol. Rimi. T. Secundus. O Pro

Pro quatuor Reuerendis Fratribus  
Franciscanis.

ARGUMENTVM.

De pœna falsi declinanda pulcherrime per totum discurretur.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis negatiuam cum affirmatiua iungens probat.
- Et ubi negatiua uerisimiliter per sensum corporis percipi potuit. 2.
- Vel adiecta ratione quod tale quid fieri non potuisset quin uidisset aut intellexisset. 3.
- 4 Falsitas quæ nocere potuisset si fuisset detecta punibilis est.
- 5 Testis examinatus ad perpetuam rei memoriam ut probet quæ requirantur. 6. 7. 8.
- Et ubi nulla causa probabilis est eum sic examinandi suspensum dicitur eius examen. 9.
- 10 Testis de falso puniri non potest quando eius examē in forma deficit.
- 11 Falsum non committitur respectu pœnæ sine dolo. Et in dubio presumitur error. 12.
- 12 Presumptio doli cessat ex bona uita & fama.
- 13 Bona fama thesaurus dicitur inestimabilis. Et corpus illustrat sicut Sol. 14.
- Et alias presumptiones coadiuuat. 15.
- 16 Dolus presumitur in his quæ sunt de genere prohibitorum.
- 17 Presumptiones ad absolendum proualent illis quæ tendunt ad condemmandum.
- 18 Dolus non presumitur in mendace quando nullum commodum consequitur ex mendacio.
- 19 Dicitur posteriori testis in tormentis statui.
- 20 Leges ignorare non est dolus.
- 21 Falsitas uerum dolum requirit.
- 22 Dolus ignoranti non potest imputari.
- 23 Excusatur à falso habens aliquam presumptionem pro se.
- 24 Falsitas ne committatur nimia subtilitas est adhibenda.
- 25 Causa licet iniusta excusat à dolo. Et etiam temeraria. 27.
- 26 Consulens peritiores licet malum consilium habuerit excusatur.
- 27 Sapientia reguntur qui cum consilio agunt.
- 28 Delictum commissum sine dolo non est ordinariè puniendum.
- 29 Pœna legis statutive locum non habet sine dolo ex proposito.
- 30 Affectio operi nomen imponit.
- 31 Falsum non committit deponens quod non erat sic credens. In quo Bal. aliter sensit. 34.
- Et uariis fuit. 35.
- Sed 1af. & alij concordant eum sedere distinctioni. 36.

37 Falsum dixisse, quem nec pœna falsi teneri, non est nouum.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXLV.

**R**EVERENDVS pater frater Iulianus de Belletis aliàs examinatus prima vice dixit non audiuisse legi nec publicari, quod testator donaret inter uiuos sua bona sed solum audiuit publicari testamentum & non donationem inter uiuos. Vnde cum uerè repariatur in testamento inserta donatio sub illa forma siue testator reuocauerit siue non reuocauerit testamentum titulo puræ & simplicis donationis inter uiuos donauit &c. Dubitatur an d. frater in falsum inciderit, sic ut pœna falsi plecti possit.

1 Et prima facie uidetur dicendum, quod sic quoniam affirmatiuam iunxit cum negatiua dicens, quod non audiuit publicari donationem sed solum audiuit publicari testamentum, quo casu probat testis sic loquens, ut per Bal. in c. 1. §. si quis per 30. col. 2. si de feu. fue. cōtro. sequitur Abb. in c. cum Ecclesia sutrina. colum. 6. de cau. poss. & prop. Aretin. & Fely. in c. in nostra. lim. 3. de testi. Alex. in l. 1. ff. si quis iurisd. dec. Neap. 3 24. nu. 9. & pulchrè declarat Cur. in tracta. de testi. nu. 51. † dicens quod negatiua probatur, ubi uerisimiliter & probabiliter per sensum corporis percipi potuit, ut si testis dicat, non vendidit domum sed vineam: quia cadit optimè in sensum uisus vel auditus testis, quod exemplum propriè conuenit allegato per dictum testem.

Confirmatur: quoniam interrogatus an esse posset, quod testator fecisset donationem inter uiuos, quod ipse testis nesciret, non audiuisset aut bene non recordaretur. Respondit, quod non: quia bene mentem applicuit publicationi, d. test. à prin. vsque ad fi. & q. si donatio ipsa fuisset publicata testis ipse audiuisset & intellexisset, quemadmodum intellexit testamentum

3 † hoc enim modo pariter cōcludit negatiuā quæ testis subiicit rationem: quia fuit præsens, nec tale quid fieri potuisset, quin uidisset, aut intellexisset, ut inquit Bal. in l. cum hi. §. nihil autē. col. 2. ff. de transf. Iaf. conf. 81. col. fi. vol. 3. Ang. in §. hinc nobis. in auct. de hæredi. & fal. Dec. conf. 94. in fi. conf. 101. col. 2. conf. 177. col. 2. Rip. in d. c. cum Ecclesia. nu. 88. Nel. à S. Gem. in tract. de testi. nu. 211. † Quibus ita stantibus sequitur, quod ex quo falsitas ista habuit sui essentiam & formam, & nocere potuisset, nisi fuisset detecta, uenit puniendā. l. damus. iuncta glo. & ibi Doct. C. de fals. Soc. conf. 104. uerfi. primus casus. vol. 1.

Cogitanti

Cogitanti tamen ulterius mihi contrarium uerius esse uidetur. & in primis moueor, quod illud primum examen factum fuit ad æternam rei memoriam, prout etiam in ultimo constituto facto d. Fratri Iuliano supponit, & d. examini nulla fides est adhibenda, quia d. frater non fuit examinatus legitime † testis. n. examinatus ad perpetuam rei mem. ut faciat fidem, requiritur primò quod examinetur à suo iudice, id est ab eo qui in causa principali, quando moueretur, esset futurus iudex. Bar. & alii in l. societatem. §. arbitratorum col. 4. ff. pro soc. & in l. cum hi. §. transactionem. ff. de tras. Doct. in c. significauit de testi. Alexand. conf. 103. colum. 1. volum. 3.

6 † Secundò requiritur, quod subsit causa, uidelicet timor mortis vel absentię. Bar. in l. fi. C. de usu. pupil. Fely. in d. c. significauit. col. 3. Dec. conf. 302. † Tertiò requiritur, quod in tali examine pars citetur, ut tradunt Doct. in auct. si quis. C. de testi. & in c. quoniam frequenter. ut lit. non cōtest. † Quartò requiritur interlocutoria iudicis, testes examinandos esse ualeudinaros vel abfuturos, ut tradit Spec. in §. postremò. de of. fi. omni. iud. ver. item si testes. gl. Bar. & alii. in l. in lege aquilia. ff. ad l. aquil. Socin. conf. 244. col. 4. vol. 2. Guid. Pa. conf. 231. & Soc. Iu. conf. 86. nu. 14. vol. 1. qui cumulat simul ista quatuor requisita, ponderatque, quod neutrum ex d. requisitis concurreret in casu suo, & tunc nec in nostro concurrerunt. Quidam enim iuuenis notarius interpositus fuit à Mafsiis ad examinandum dictum fratrem sine sui iudicis auctoritate, qualis erat Reuerendiss. Episcopus Fer. vel suus Vic. Timor mortis non aderat, sicut nec constat, quod tunc esset abfuturus, Barbacini, Bonsignoriusque citati non fuerunt, nec pronuntia iudicis interuenit. † Adde quoque quod cum nulla cā probabilis esset eum sic examinandi, suspensum dicitur illud examen c. quoniam frequenter, ut lit. non cōtest. Alc. respon. 281.

10 nu. 6. † Vnde sequitur, quod ex quo istud examen deficit in forma, testis de falso puniri non potest, ut est doct. Bar. in l. si quis legatum. ver. iux. hoc quæro, quid in teste. ff. de fal. cuius decisionem magis communem testatur Socin. in d. conf. 104. ver. tertius casus. & latius confirmat Marf. conf. 70. nu. 12.

11 † Secundò confirmatur hæc conclusio. Nam falsum non committitur effectualiter respectu pœnæ sine dolo. l. nec exemplum. C. de fal. & ibi Saly. & alii, & habetur in consiliis crim. pri. Tom. conf. 63. 64. & 65. Veronen. conf. 22. col. 3. Boff. in tit. de defen. reo. num. 69. † ubi subdit in dubio errorem præsumi. At hic frater dolose non dixit, quod deposuit, probatur ex eius bona fama & uita valde religiosa probata per 3. testes luculenter ante d. examen, propter quæ cessat præsumptio doli, ut tradit Saly. in l. 1. nu. 4. C. ad l. Cor. de fca. & sequitur Vergo. in c. conf. 31. 9. præsumptione. † Nec immeritò, nã & uidemus, quod bona fama cum sit thesau-

rus inestimabilis, & sicut lilium dans suauitatis odorem, secundum Bal. in l. 1. col. 5. C. de confess. purgat indicia ad torturam, ut uoluit Ang. in l. milites. C. de qst. Dec. cōf. 175. col. pe. & cōf. 189. col. pe. ubi pariter dicit, quod præsumptio delicti tollit ex probatione bonæ famæ, & cū præfatis etiam concordat Marf. conf. 109. nu. 27. & cōf. 117. nu. 47. Veron. conf. 21. pro quibus et facit.

14 † Nam sicut corpus nostrum sol illustrat, ita bona fama, secundum Bald. in c. ueniens. de testi. quem sequitur Corfe. in addi. Abb. in c. gradi. de supp. negl. prel. & Rol. à Val. conf. 45. nu. 43. cum seq. vol. 1. † & licet ista præsumptio non sufficiat per se sola, tamen alias coadiuuat, ut per Bal. Saly. & alios ibi, uelut in casu nostro, quod nulla erat inimicitia inter hunc fratrem Barbacinum & Bonsignorium, & insuper iuramentum purgationis: quia dixit in 3. constituto, se tunc deposuisse, quod sibi ueniebat in buccam, nec ab aliquo fuisse instigatum, testeque pariter dicunt, eum non errasse malitia aut dolo fed ignorantia potius ac insipientia: & quia non intellexeret terminos iuris, hoc enim quod dixit cū iuramento, & testes confirmat iunctum cum aliis coniecturis excludunt dolum, ut per gl. & 16 & omnes in d. l. 1. C. de fca. † quoniam sola præsumptio doli, quæ cadit in his quæ sunt de genere prohibitorum, ut ibi habetur, & not. & in l. si non conuicci. C. de iniur. Gand. in rub. de homi. col. fi. ver. istud autem Tiraq. in tract. de pœn. cau. 10. nu. 6. & habetur in consiliis crim. conf. 41. nu. 12. & conf. 87. nu. 27. vol. 2. cedere debet tot cōtrariis præsumptionibus, auct. itaque. C. com. de succ. Cra. conf. 145. nu. 11. l. u. de Port. conf. 93. nu. 16. vol. 1. crim. † Tantoque magis, quoniam illæ sunt fauorabiliores, cum tendat ad absolendum, illa uero sola ad condemmandum, meritò capiendæ sunt. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. Ariani. ff. de actio. & obligat.

18 Ang. Aret. conf. 58. nu. 15. vol. 2. crim. † & in mendace quoque, quod est fortius, qui nullum cō. nodum extali mendacio consequitur, ut erat in hoc. Itē dolus non presumitur. Rui. conf. 8. in fi. vol. 4. Rol. à Val. conf. 11. nu. 59. vol. 3.

Tertiò & ultimò, accedit, quod iste frater sepius postmodum examinatus dixit, quod non recordatur, an fuerit publicata donatio, & demum in tormentis id confirmauit, & alia sua examina, quæ in hoc persistunt † unde standum uidetur his suis posterioribus dictis non autem illi priori, per doct. Bartol. in l. eos. colum. 2. ff. de fals. & in l. si postulauerit. §. fed si negauerit. ff. de adulter. Alexand. consilio 63. volumine primo, meritò iuxta illud primum non potest puniri de falso.

Et ita tenendo non obstant contraria: licet enim illud primum examen quoad uerborum corticem probaret, tamen ei non est deferendum uelut carēti debita forma, nec ex eo potest puniri de falso taliter deponens prout in primo fundamēto dixi: maximè quæ sine dolo accessit,

vt

vt in secundo fundamēto, & quia per dicta posteriora iunctis etiam tormentis illi priori non est standum. Et sic à pena falsi venit absoluehdus hic Reuerendus pater frater Iulianus de Belletis.

Nunc ad Reuerendum fratrem Eliseum Gioliolum transitum facio, qui proponitur dixisse non fuisse lectam nec publicatam donationem & quod legi aut publicari non potuisset, quin ipse audiuisset & intellexisset; quia presens fuit & bene aduertit. Vnde tanquam concludens negatiuam videtur de falso puniendus detecta falsitate per dicta superius contra Belletum.

Sed tamen diligentius inuenienti mihi contrarium verius apparet. Et moueor; quoniam duo sunt testes examinati deponētes, quod iste frater Eliseus semper fuit persona rudis intellectus & ignara parumque prouida licet bona, & ob id concludunt eum errasse non malicia aut malignitate, nec animo cuiquam nocendi, & certe si percurrantur tot cōstituta sibi facta cognoscatur esse talis; quia diligenter interrogatus nescit respondere, & vt plurimum rem vertit in non recordari, nec habere memoriam & particulariter in constituto facto Bononiæ nescit differentia inter testamentū & donationē quibus ita stantibus, quod ius ignorauerit, nequaquam in dolo fuisse dicitur, † quia ignorare leges non est dolo, vt tenent Iacob. Buttrig. Bar. & Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legi. Alci. in tract. de præsump. 3. reg. præsump. 31. nu. 6. Plot. conf. 108. nu. 9. vol. 1. crim. merito pœna falsi puniri non debet aut potest † quod verum dolum requirit. l. nec exemplum. C. de falsi. diuus Clodius. & ibi Bar. ff. eo. Dy. in c. ignorantia de reg. iur. in 6.

22 † Idque præterea confirmatur, quia ignorantia doli imputari non potest. l. genero. ff. de his qui. not. infra. Cra. conf. 8. nu. 10. Rol. à Val. cōf. 42. nu. 18. uol. 3. † & in dubio semper præsumitur potius ignorantia quam dolo, ut falsitas excludatur, vt per Gram. conf. 23. nume. 4. crim. cum similib. per Io. Bap. Asin. conf. 113. nu. 9. Tom. 2. crim.

Et hæc conclusio cōfirmat autoritate Gand. in tit. de falsi. ver. sequitur videre aliam. q. nu. 27. vbi loquitur de illiterato producēti instrumentum, quod ex nonnullis allegabatur falsum petebaturque eum producentem puniri de falso. Concluditque eū nequaquam puniri de falso, quia falsum non committitur absque dolo, d. l. nec exemplū. & lex præsumit in dubio quæ potius simplicitate quam malitia deliquisse, & vt ibi latius per eū, quem sequitur Per. Foll. in prac. sua cri. in ver. Itē q̄ cōmisit falsitatē. n. 51.

24 † & sufficit q̄ quis habeat aliquam præsumptionem pro se ad excusandum eū à falso, ut p̄ Bal. in l. si. col. 12. C. de edi. di. ad. Boss. in tit. de falsi. nu. 134. & habetur in conf. 137. nu. 40. 1. Tom. 3. crim. † Imò verò dixit eleganter Bal. in l. si. C. de fidei. q̄ ne cōmittatur falsitas, nimia sub-

tilitas est adhibēda, adeo q̄ si aliquod verbum seu aliquis actus poterit importare falsitatē, sic interpretatio, q̄ non importet. Bal. in l. 1. C. de sacrosan. eccl. Bar. in l. gerit. col. 5. ff. de acq. hære. Petr. Foller. conf. 78. col. 1. 2. Tom. crim. sed certè satis euidens præsumptio videtur excusationis à pena falsi vita religiosa & bona iuncta simplicitate, ingenii ruditate & id genus, quæ in hoc fratre concurrunt, meritò venit absoluehdus ab ea. Tātoq; magis q̄ à primo & secundo examine citrà nunquā amplius affirmavit non fuisse factā donationē sed non recordari, sed q̄ potuisset fieri remittēdo se ad notariū vt probum virum, idq; etiam in tormentis replicauit. Vnde priorib. illis dictis, vbi negauit donationē factā, nō ut stādū, vt dixi superius in alio fratre per doct. Bar. in l. eos. ff. de falsi. cum similib.

Supereſt vt de Reuer. fratre Cesare Copacano verba faciā, qui pariter primo & secundo loco negatiuā visus fuit affirmare, sed & ipse venit excusandus à pena falsi, qm̄ fatet ingenuè sibi fuisse persuasum & dictū à viro, quodam graui & literato, qui eū interrogauit de numero testiū & aliis circūstantiis, q̄ erat testiū, nec poterat esse donatio, sibiq; leges allegabat, dicebatq; sic eū posse testificari, quia nihil referebat & nemini nocebat & alia id genus, quæ tertio loco examinatus & in suis cōstitutis postea reuelauit † ex quo igr̄ hic ff̄ motus fuit ad deponēdū negatiuā donōnis ex d. causa dēt à dolo excusari, posito q̄ esset iniusta causa. gl. in l. plagia. 2. C. de plagia. l. 1. in si. ff. de abige. l. igr̄. §. illud ff. de lib. causa Ale. l. qui Romæ. §. duo fratres col. 9. ff. de ver. ob. Ias. in l. si quis maior. col. 9. C. de transf. Ang. in l. si. ff. de eo per quē fac. erit

27 † vbi ē dicit, q̄ causa temeraria excusat à dolo. Soc. cōf. 118. i. 3. dubitatione, vbi dicit, q̄ q̄libet cā bestialis excusat à dolo. Meritò eū sic ille magnus vir ita sibi diceret & affirmaret, eūque credens & fidē prestans (licet non debuisset) ita deposuerit, excusandus est à falsitate, sicque tradit ille Petr. Foll. in praxi sua crim. in ver. Item q̄ commissit falsitatem. nume. 34.

Accedit, q̄ cū d. frater sollicitaret ad examen subeundum coram Belenz. sollicitanti respondit (Andate vn poco piano, ch'io voglio cōfiliarmi con qualche persona che l'intenda) Et accedens ad illū virum literatum exposuit, q̄ erat examinandus in vna causa, & quidam dicebant fuisse donationē, quidā simplex testiū subdens (io vorei saper com'ho da governarmi in questa cosa) q̄ vir eo interrogato de pluribus dixit, fuisse testiū nō aut donationē, quia donationi tot testes nō interueniunt, & cōsuluit d. fratrem, q̄ p̄sisteret in hoc, q̄ nō erat donō, quo cōsilio habitio iuit ad examē corā Bellēno, & de posuit q̄ nō erat facta donatio, & si facta fuisset eā intellexisset, ita dicit ipse frater in primo suo cōstituto, ex quo igr̄ ita deposuit ad cōsiliū illius viri periti cessat culpa d. fratris, meritò ad nihilū tenei, licet damnū dedit aut inferre potuisset

potuisset, vt inquit Corn. consil. 282. nume. 9. volum. 4. Nam qui consuluit peritiores, licet malum consilium habuerit, excusatur etiam ab ignorantia iuris, ut inquit Bald. Salycet. Dec. & ibi dixi in l. iuris ignorantia, nume. 24. C. qui adm. † Tantoque magis: quia iuxta probationem Salomo. cap. 13. Qui cum cōf. cuncta agunt, reguntur sapientia. Ideo Tobie. 4. dicitur consilium à sapiente semper sequere, quos refert Ang. de Vbal. Iun. conf. 72. nume. 30. volum. 2. crim.

Supereſt, vt de Reuerendo fratre Rainerio Iacobello quicq̄ dicamus, qui iuris est in præfatis affirmasse nō fuisse factā donationē, nec potuisset fieri aut legi, quin ipse eam audiuiſſet & intellexisset, & ad eius excusationem à pena falsi considero, quod ipse postea rursus examinatus & in suis cōstitutis dixit, quod ab initio dixit fuisse testamentum non autem donationem, tenens in veritate & conscientia sua esse testamentum, sed postea conuersus ad Deum sepiusque per quatuor menses oratione spiritus sancti repetita, vt illuminaretur ad dicendum veritatem, tandem ad memoriam suam deuenit, quod Bonifonius Masio prædixit (Auertite ben m. Alfonso, che quando harete donato via il vostro non sarà piu vostro, & però poi ha testimoniato che fosse vna donatione) tanquam illuminatus à Deo, quod sic fuisset, & ita firmavit etiam in tormentis. Quibus sic

stantibus de falso puniri non potest Nam delictum commissum sine dolo non est punibile saltem ordinaria & vera pœna delicti. l. qui ædes. l. qui fortuiti, ff. de incen. rui. & nauis. Bald. in l. data opera. colum. 4. C. qui accu. & in l. qui cunque. colum. 5. C. de seru. fugi. Castr. in l. 1. C. vbi senat. & in l. & si feuerior. colum. fina. C. ex qui. caus. infra. Veron. conf. 29. & copiose

31 Mar. conf. 25. colum. 2. † qui concludunt vnanimiter, pœnam legis vel statuti pro delicto loco non habere, nisi dolo interuenierit ex proposito, ideo bene subdit Marf. quod voluntas & propositum distinguunt maleficia. l. qui iniuria, ff. de furt. l. quod reipub. ff. de iniur. † & ideo dicimus, quod affectio operi nomen imponit, vt habetur in l. si non conuicti. C. de iniur. ar. iste frater non fuit in dolo, credens esse verum, quod deponebat, nec habuit voluntatem aut propositum deponendi falsum, ergo non dicitur falsum sic deposuisse, vt pœna falsi veniat puniendus.

33 † Et pro hoc adduco Marf. in dicto conf. 62. colum. 2. loquentem de quodam inquisito de falso, qui passus fuerat se describi in testem & pro cognitore partium, quarum vnus dicebatur Aloysius (vt ille crederat) in lecto iacens, cum tamen esset alius suppositus: quia non fuerat in dolo sic credens, quod verum nō erat † & licet Bald. in l. 2. §. quod obseruari. not. 3. C. de iur. cal. dixerit, testem, qui credit esse verum, quod deposuit, si falsum dixit, per-

inrum esse, sicque falsum: quia iuramentum suum est veritatis. ideo ubi illam verè non nouit, non debet quicquam asserere, quod si fecus facit asserendo quod ignorat, dicitur assertio temeraria, sicque dicitur periurus & falsum deposuisse: etiam quod per errorem deposuerit illud. Nam sibi debet imputari, qui sciens sibi non liquere, & de quo poterat plenam informationem habere voluit temerariè asserere, vt sic Bal. declarat Socin. Iun. conf. 41. colum.

35 2. volum. 2. † Attamen quia idem Bal. in l. si ex falsis, ad si. C. de transf. voluit, testem qui per errorem falsum deposuit, periurum non esse, sicque pro falso non haberi, cum in falso dolo requiratur. l. nec exemplum. C. de falsi. cumque sequitur Fely. in c. fraternitatis. colum. final. de hæret. & ita Bal. videtur sibi contrarius, meritò Ias. in l. qui iurasse. col. 2. ver. puto pro concordia. ff. de iureiu. quæ sequitur Soc. Iu. loco cit. co. 3. & Cur. Iu. in l. si q̄ maior. n. 17. C. de transf.

36 † federe distinctionis eum conciliant. Aut enim queritur, an testis dicatur falsus vel periurus quod ad effectum probationis & fidei, & tunc etiam quod in dicto suo errauerit & dolo caruerit, debet attendi veritas, videlicet vt falsus dicatur & peierasse, sicque procedit quod inquit Bald. in dicto §. quod obseruari. Aut verò querimus, an testis falsum deponens erroneè tamen: quia credit esse verum, quod dicit, possit puniri pœna falsi, vel periurii tanquam falsarius vel periurus: & tunc quia requiritur dolo & non interuenit, puniri non potest, & hoc respectu non dicitur falsus aut periurus, & ita procedit Bald. in dicto l. si ex falsis.

37 † Nec est nouum, vt addit Socin. Iun. loco citato colum. 3. aliquem falsum dixisse, nec tamen eum pœna falsi puniri posse, puta si tale falsum nemini noceat, nam tunc licet pœna falsi non puniatur, tamen falsum verè dicitur commissum, vt tradit gloss. Bartol. & alii in l. damus. C. de falsi. Bald. consilio 14. filiusfamil. volumine primo, cum similibus, & ita respectu sui aliquid falsum erit, & vt falsum considerabitur, licet pœna falsi non imponatur, prout in casu nostro sic ad vnguem dici debet. Nam posito, quod frater hic prima vice falsum dixisset, asserens donationem non fuisse lectam nec publicatam, sed tantum testamentum licet erroneè, quia sic credebatur in veritate & conscientia sua, & ob id quoad effectum probationis & fidei diceretur falsus & periurus: tamen quia in dolo non fuit, non potest quoad reatum pœnæ falsi vel periurii dici falsus aut periurus, sic vt taliter puniri possit propter errorem, & erroneam credulitatem, in qua tunc reperiebatur. Et tanto magis concurrente bona vita & fama ipsius fratris, & nulla inimicitia sua cum notario, vel Barbacinis, per ea quæ supra circa primum testem dicta fuerunt, quæ breuitatis causa non repeto. Ex quibus tandem concluditur, vni-

formiter hos 4. fratres Reverendos à poena fal-  
si absoluendos esse.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro magnifico Comite Almerico  
Giliolo.

ARGUMENTVM.

De reciproca fideicommissariam non conti-  
nente vigore clausulæ Codicillaris, nisi con-  
ceptæ in futurum, & quando lex cum auus.  
ff. de conditio. & demonstratio. cessat, &  
alia pulchra.

S Y M M A R I V M.

- 1 Substitutio reciproca filijs facta continet tacitam  
conditionem si decesserint sine filijs.  
Quando sunt descendentes testatoris secus si alte-  
rius & illi extranei. 2.
- 2 Idem si collaterales. 23.
- 2 Conditio si quis decesserit sine filijs desicte eo cū uno  
tantum filio moriente.  
Nec substitutus tali casu priuari dicitur sed pro non  
substituto habetur.
- 3 Masculinitatis mentione facta in vna parte testa-  
menti non sit eiusdem repetitio in alia vbi de filijs  
simpliciter sit dictum.  
Si separata fuit pars. 4.  
Et est communis opinio.
- 5 Substitutio reciproca dicitur vulgaris non autem si  
deicommissaria.  
Sed quando secus. 13.  
Quid autem clausula codicillari adiecta dicendum  
sit. 6. 7. 14. 15.
- 5 Vulgaris expirat post aditam hereditatem, compen-  
diosa dicitur mentione mortis in ea facta. 8.  
Et fideicommissariam continet post aditam heredi-  
tatem instituto moriente. 9.
- 10 Substitutio vna secundum aliam declaratur.
- 11 Substitutio verbum in vna parte pro directo sum-  
ptum pariter sumitur in alia vbi simpliciter suc-  
rit positum.
- 12 Masculinitatis mentio facta dicitur ad conserua-  
tionem domus & familie.  
Et ut masculi fœminis preferantur.
- 15 Substitutio reciproca verbis directis quando traha-  
tur ad fideicommissum.
- 15 Clausula codicillaris reciproca adiecta eam trahit  
ad fideicommissariam.  
Secundum communem.  
Et de ratione. 24.  
Saltem concepta dicta clausula in futurum. 16.  
Et est magis communis opinio. 17.
- 18 Verba in stirpes & non in capita respectu descenden-  
tium operantur.  
Et ad omnes gradus porriguntur. 19.

- Licet reciproca filijs facta non soleat ad nepotes por-  
rigi. 20.
- 20 Reciproca inter filios facta non porrigitur ad nepo-  
tes.  
Fallit si dictum fuerit in stirpes.  
Et non in capita. 21
  - 22 Lex cum auus. ff. de cond. & demon. cessat in filijs ex-  
tranei.  
Et in collateralibus. 23.
  - 25 Decij rationes circa breuiloquam quod per clausu-  
lam codicillarem non comprehendat fideicommissa-  
riam consulantur.
  - 26 Breuiloque verba non repugnant fideicommissa-  
rie.
  - 27 Clausula codicillaris tendit non tantum ad confir-  
mandum sed & ad augendum.
  - 28 Copula & stat augmentatiue.
  - 29 Clausula omni meliori operatur quod testator non  
videatur se restrinxisse ad specificata.  
Et intelligitur relicta titulo institutionis fi-  
lio. 30.
  - 31 Clausula codicillaris transubstantiat dispositionem  
in aliam.
  - 32 Testamentum minus solemne non valet sed per clau-  
sulam codicillarem sustinetur in vim fideicommissi-  
si ab intestato venientibus prestanti.
  - 33 Clausula codicillaris conseruat testamentum iure  
fideicommissi quando filius est preteritus.
  - 34 Succedere directo & per fideicommissum disse-  
runt.
  - 35 Clausula accessoria non immutat naturam princi-  
cipalis dispositionis.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXLVI.

DOMINVS Antoniolus Angelinus instituta  
uxore post eius mortem substituit Dominum  
Ioannem Giliolum, & post eius mortem vo-  
luit omnia bona sua peruenire ad omnes filios ma-  
sculos tam natos quam nascituros ex dicto Domino  
Ioanne & domina Griselda eius uxore, quos dicti  
Ioannis & Griselda filios masculos inuicem substi-  
tuit equaliter & aequis portionibus in stirpes & non  
in capita. Ex Domino Ioanne nati sunt quatuor fi-  
lij masculi, videlicet dominus Odoricus, Alfonso,  
Comes Almericus & Antoniolus, & totidem fœmi-  
na. Primog. decessit Dominus Antoniolus, cui tres  
fratres successerunt. Postea decessit Dominus Al-  
fonso relictis filijs vtriusque sexus. Denumque  
Dominus Odoricus relicta Domina Iulia vnica e-  
ius filia, que contendit succedere in bonis d. testa-  
toris peruentis ad patrem, contra verò Co. Almeri-  
cus. vnde queritur quid iuris.

ET



- T in primis illa videtur præferre  
da: quia substitutio reciproca  
inter filios Domini Ioannis con-  
tinere videtur tacitam conditio-  
nem, si decesserint sine filijs. l. cū  
auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutissimi.  
C. de fideicom. At D. Odoricus decessit relicta  
Domina Iulia, ergo d. conditio defecit quia  
non dicitur esse sine filijs, cui superfit vnus fi-  
lius, vel filia. l. non est sine liberis. ff. de verbor.  
signi. & est casus in l. 1. C. de condit. insert. Sic-  
que declarat Craue. confil. 62. nume. 1. subdens  
quod deficiente conditione substitutionis nõ  
dicitur substitutus priuari iure substitutionis,  
sed habetur pro non substituto, citat Castren-  
sem conf. 292. colum. 2. versicul. Item testator  
volum. 2.
- 3 Et licet in primo gradu filiorum Domini  
Ioannis expresserit de masculis, non tamen in  
tacita conditione filiorum ex illis qualitas ma-  
sculinitatis est repetenda, sed debet intelligi  
de filijs vtriusque sexus, vt voluit Ancha. confil.  
120. Ioan. de Ana. confil. 2. Alex. conf. 55. col.  
2. volum. 3. confil. 38. volum. 6. Soc. conf. 227. in  
fi. vol. 2. confil. 116. col. pen. vol. 3. Curt. conf. 64.  
col. 2. Dec. conf. 339. col. 2. confil. 416. col. pen.  
conf. 442. colum. 2. conf. 514. ante fi. conf. 567.  
& conf. 599. col. 2. Corn. conf. 230. col. 4. vol. 3.  
conf. 273. col. 4. vol. 4. Bologni. inter conf. Ale.  
conf. 43. col. 4. vol. 4. Ias. confil. 142. col. 5. & 7. vo.  
2. conf. 39. col. 4. vol. 3. Cur. Iun. confil. 49. col.  
3. conf. 163. colum. 4. conf. 167. col. 5. quos om-  
nes cumulat Crau. confil. 289. col. 6. quibus  
addo D. meum Zuccar. in l. fin. nume. 68. C. de  
edic. di. ad. tol. ubi tandem concludit hanc esse  
magis communem opinionem. Mouentur om-  
nes: quia sicut testator in vna parte de mascu-  
lis expressit idem fecisset in alia si voluisset &  
de illis sentisset. l. vnica. S. fin. autem ad deficiē-  
tis. C. de cadu. toll. Quæ quidem conclusio, de  
plano procedit, quando testator in diuersis &  
separatis orationibus loquutus fuit vt hic, pro-  
ut est de mente Dec. in dicto confil. 599.  
Ias. consilio 39. colum. 3. volum. 3. & Domi-  
nus meus Zuccar. in d. l. fin. nume. 69. col. seq.  
ver. non obstat.
  - 5 Secundò non videtur Com. Almericus ali-  
quid ius habere posse in d. bonis: quoniam sim-  
plex illa substitutio reciproca, quos inuicem  
substituit, fuit vulgaris & non fideicommissa-  
ria, ut concludit Bar. in l. centurio. col. 10. uer.  
secundò opponitur, & melius in l. Lucius. q.  
pen. ff. de uulg. & pup. ubi Ias. nu. 29. commu-  
nem testatur, & sequitur Rip. nu. 41. Idemque  
tenet amplè Ias. confil. 134. colum. 2. uolum. 1.  
Rolan. à Val. confil. 25. col. m. 2. uolum. 1. Fran-  
cis. Marci. decif. 170. colum. 2. par. 2. At Domi-  
nus Odoricus fuit hæres, ergo d. vulgaris expi-  
rauit. l. post aditam. C. de impube. & in termi-  
nis tradit Aret. confil. 37. sequendo ordinem  
colum. 3.

- 6 Nec adiuuari posse videtur hæc reciproca  
ad comprehensionem fideicommissariae virtu-  
te clausulæ codicillaris in testò subiectæ: quon-  
iam istud esset præter intentionem testatoris  
qui de fideicommissio non cogitauit. Vnde de-  
ficiēte uoluntate testatoris clausula codicil-  
laris operari non debet. & cum illius uerba ten-  
dant ad confirmandum tantum quod est dispo-  
situm, & de fideicommissaria nihil fuerit actū  
meritò uis d. clausulæ cessare debet, & cum sit  
accessoriè posita non debet ampliari, prout fie-  
ret obliquādo substitutionem directam. ita cō-  
cludit Dec. confil. 205. in fi. confil. 248. colum-  
na penultim. confil. 287. colum. 2. conf. 384. &  
confil. 394. in fin. Ruin. confil. 159. numero  
23. volum. 2. Soc. Iun. conf. 180. colum. penul-  
in fi. volum. 2. qui tamen in vulgari loquuntur,  
sed & in breuiloqua loquitur Dec. in l. preci-  
bus. nu. 18. C. de impube. & Io. Durant. de art.  
testand. titul. 5. cautel. 14. vbi communem  
testatur. & ex his intentio præfatæ filij potior  
videtur in dict. bonis quàm Comitum Almerici  
sui patru.

Quibus tamen non obstan. arbitror indubi-  
tante d. Comitem Almericum præferendum  
esse & ad d. successionem admittendum pror-  
fus exclusa filia prædicta Dom. Odorici & mo-  
ueor. Nam prima substitutio facta de Domi-  
no Ioanne Ziliolo vxori testatoris & secunda  
de filijs Domini Ioannis eidem facta fuerit  
compendiosa, velut mentione mortis vtrobi-  
que facta, vt per Gloss. Fulgo. Castr. & Alexan-  
dram in l. in testamento C. de testam. militar.  
Socin. confil. 113. colum. 3. in fin. volum. 2. Rip.  
in l. centurio nume. 150. in fin. ff. de vulg. Pa-  
ris. confil. 73. nume. 3. confil. 93. nu. 4. volum. 2.  
Ruin. confil. 158. nume. 15. volum. 2. Curt. Iun.  
confil. 86. colum. 2. confil. 172. in principio Soc.  
Iun. conf. 180. nume. 20. volum. 2. Deci. in l.  
precibus, & ibi dixi nume. 316. C. de impube.  
quæ compendiosa continet in se fideicom-  
missariam post aditam hereditatem ab eo, cui  
facta fuit; vt per Bartol. & alios ibi, & in dicta  
l. centurio, cum quo concordant omnes; vt  
ibidem Rip. testatur. nume. 63. Guiliel. Bene.  
in c. Rainutius. in versic. si absque liberis secun-  
do co. 2. de testament. & Imol. nume. 175. &  
ego dixi in dicta l. precibus, nume. 306. 307.  
latè firmat Paris. confil. 26. colum. prima. &  
confil. 30. nume. 12. volum. 2. & Menoch. confil.  
mox allegando nume. 371. meritò dum reci-  
procè substituit dictos filios Domini Ioannis,  
consequens est, vt in ea quoque fideicommissa-  
ria contineatur. quia vna substitutio se-  
cundum aliam declaratur. Ruin. confil. 149.  
nume. 9. volum. 2. Alba confil. 24. nume. 7.  
post Dec. confil. 15. & idem Alba confil. 51.  
nume. 16. & latius confirmat Menoch. confil.  
1. nume. 300. & sequen. pro Triuulcius condi-  
to & cum aliis pro dictis nobilibus impresso, &  
magis in specie confirmat ex not. p. Bar. in d. l.  
centurio

centurio. in 3. quæst. prin. vers. quid enim, quæ communiter in hoc sequuntur ibi Doct. adducentes concordantes, & Corn. conf. 57. colum. pen. volum. 2. & conf. 90. colum. 3. volum. 3. Paris. conf. 18. num. 29. vol. 2. † ubi vult, quod si testator in vna parte testamenti accepit verbum substituo æquiuocum, pro substitutione directa, & in alia parte testamenti tale verbum fuit simpliciter appositum, debet in ista parte iudicari appositum pro substitutione directa: ex eo quia in alia parte testamenti ita fuit per testatorem declaratum: quia verba dubia declarantur per antecedentia & subsequencia. Sic enim in proposito nostro dici debet, quod cum in prima substitutione de domino Ioanne Giliolo dixerit testator, quod post mortem vxoris eum substituit, quo casu verbum substituit, ibi fideicommissariam continet adita hereditate per vxorem. Verbum substituit, in reciproca sequenti positum, debet pari modo continere fideicommissariam, sumpta illius declaratione à prima substitutione.

Secundò comprobatur. Nam post mortem domini Ioannis testator voluit omnia bona suæ hereditatis peruenire debere ad omnes eius filios masculos, subiunxitque, quos Domini Ioannis & Domine Griseldæ filios masculos inuicem substituit eis † sicque bis eos vocauit sub illa qualitate masculinitatis non alia sanè ratione, quam ad conseruationem domus & familiæ de Giliolis, & vt in ea bona conseruentur. §. ceterum, & §. media. Inst. de legi. agn. succel. & in l. 1. §. pen. ff. de ventr. inspi. & not. in l. maximum vitium. C. de lib. præ. Io. Andr. in addi. Specul. in rub. de succel. ab intest. vers. sic est sciendum. Bal. in l. quid ergo. ff. de legi. Alexan. conf. 20. & conf. 80. vol. 1. Socin. conf. 63. colum. 9. volum. 3. Dec. conf. 15. confil. 318. nume. 2. conf. 270. col. pen. Cur. conf. 40. colum. 1. conf. 63. colum. 3. Alba conf. 51. & conf. 54. num. 8. Paris. conf. 48. nume. 10. & conf. 63. nu. 14. volum. 3. operaturque talis masculinitas à testatore considerata, quod masculini foeminis præferantur, vt idem Paris. tradit conf. 74. nume. 13. volum. 2. † Ideo cum talis consideratio masculinitatis non possit habere locum nisi inducatur fideicommissum, sequitur in tali reciproca substitutione fideicommissariam contineri, sicque concludit in specie Paris. conf. 41. nu. 38. vol. 3.

Tertiò fundatur intentio Comit. Almerici, quod in testamento prædicto reperitur apposta clausula codicillaris in hæc verba. Quod valere voluit iure testamenti, & si iure testamenti non valet, vel non valebit, saltem valere voluit iure codicillorum, vel donationis causa mortis, seu quolibet alio iure, vel vltima voluntate, quibus magis & melius firmiter valere poterit & tenere, † qua clausula sic stante breuiloqua continet fideicommissariam uno ex iniuicè substitutis decedente post aditam hereditatē,

vt in fortioribus terminis loquuntur Castr. Fulg. & Cor. in l. si frater. C. de fideic. uidelicet in substitutione facta per uerba directa, nedum per uerbum substituo, quod est cōmune, prout in casu nostro, sicque clarè tenet Soci. in reciproca conf. 6. col. 2. vol. 3. Ioan. Durat. de arte testan. tit. 5. cautela. 29. Catell. Cotta. lib. memorialiū suorum in uerbo substitutio directa. Cur. Iun. in d. l. præcibus nu. 5. Mantua lect. prima nu. 82. & in 2. nu. 125. ubi quoque latius attingo, & sequor nu. 449. Gallia. in d. l. centurio. nu. 65. qui Deciu taxat Grat. respon. 8. vol. 15. 2. † Paris. conf. 41. nu. 53. qui dicit, hanc esse magis communem, uol. 2. quos omnes allegauit in d. l. præcibus. & nunc addo Neuiza. conf. 53. nu. 12. qui dicit quod forsan illa opinio Decii non est bene tuta & contrarium tenet late Gallia. in d. l. centurio. ubi Soc. Iun. nu. 15. dicit in practica notandum esse, quod cum hodie talis clausula soleat semper in testamentis apponi, semper in reciproca fideicommissaria continetur, deinde cogitandum relinquit, quia non est penes eum sine dubio, seque remittit ad dicta per eum conf. 166. vol. 2. ubi relatis opinionibus concludit, quod hæc est magis communiter recepta conclusio: quam tenet etiam conf. 100. nu. 14. vol. 3. Cephal. conf. 16. col. 2. 16 † & hæc conclusio tanto magis procedit, concepta clausula codicillari per uerba futuri temporis, ut supra retuli, iuxta distinctionem Ripæ in l. Lucius, nu. 45. ff. de vulg. & pup. quæ fuit in effectu Rubei in l. Gallus. §. quidam restit. col. 8. ff. de lib. & post. vt refert & sequitur Soci. Iun. in d. conf. 166. ad fi. uol. 2. Nec est uerum, quod Duran. in d. caut. 14. dixerit opinionem contrariam esse communem, quando apposta est clausula codicillaris, sed dixit esse communem, quando reciproca simplex, & sine dicta clausula reperitur, postea uerò eam ampliauit 17 apposta etiã dicta clausula † at in hoc secundo casu dicitur, quod opinio affirmatiua de fideicommissis, quod inducitur, est magis communis, vt testantur Paris. & Soc. Iun. in locis commemoratis.

18 † Quartò non omitto, quod in fine substitutionis reciproce testator uocauit filios domini Ioannis æqualiter, & æquis portionibus in stirpes, & non in capita. per quæ ultima uerba apparet quod non solum filii, sed etiam descendentes ex aliis prædefunctis admittuntur ut in specie tradit Soc. conf. 104. col. 3. uol. 3.

19 Paris. conf. 36. col. 2. uol. 2. † & illa uerba porriguntur ad omnes gradus, vt inquit Port. Imol. consilio 54. nume. 11. At illud esse non posset, si diceremus in reciproca uulgare tantum contineri: quia uno ex filiis domini Ioannis præmoriante non adita hereditate facile nepotes non extarent, ergo sub ea contineri debet fideicommissaria, ut in progressu temporis morientibus aliquibus ex filiis domini Ioannis, nepotes ex aliis nati, vel inter se, vel cum par-

truis

truis admittantur in stirpes, & non in capita, iuxta iuris communis dispositionem. §. 1. in auth. de hæred. ab intest. §. cum filius, & §. item 20 uetustas. instit. eo. tit. † Et licet reciproca inter filios facta non soleat ad nepotes extendi, vt tradit Castr. conf. 38. dubium facit, in anti. per tex. in §. nos autem. iuncta. Glof. in auth. de resti. fidei. quem sequitur Dec. conf. 465. col. 2.

21 tamen in casu nostro secus esse debet. † Nam quod dicitur Castr. & Dec. procedit, quando reciproca reperitur facta inter filios sine illis uerbis in stirpes, & non in capita, quæ ipsis nõ conueniunt, unde ne sint superflua debent in nepotibus operari. l. si quado. C. de inoffi. test. quod esse non potest, nisi per uiam fideicommissi, vt supra dixi: patet igitur ex prædictis hanc partem pro Comite Almerico potiorē esse & tenendam.

22 † Nec obstant contraria. Namque ad primū de tacita conditione, si filii reciproce substituti decesserint sine filiis, per l. cum auus. ff. de condi. & demonst. respondetur, quod inter extraneos locum non habet illius legis dispositio, quales erant testatori filii domini Ioannis, vt tradit glof. in l. generaliter. §. cum autē. in uers. filios. C. de insti. & subst. Idemq; Glo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in l. cum acutissimi. in uers. deinceps. & in l. 1. in Glof. fin. C. de dona. cau. mort. Nam ratio pietatis, & illa, ne uideatur alienam sobolem propria antepone, cessat in extraneo, sicque signatè tenet D. meus Riminaldus conf. 183.

23 nu. 15. † Confirmatur quia prædicta iura non habet locum, si grauatus sit de ascendentibus, uel collateralibus, secundum Bar. & Imol. in d. l. cum auus. ubi Soc. col. 1. communem testator Cyn. in d. l. cū acutissimi. q. 3. Ang. in prin. & Alber. col. 2. uers. qd in fratribus, Alex. col. 38. uol. 1. Dec. conf. 529. col. fin. Bero. in c. quæ in ecclesiariū, & ibi dixi de consti. Ang. Alber. Alex. & Iaf. in d. §. cū autem. in 5. limit. Et ponit Hiero. Zancus in repeti. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. ergo minus locum habere debent in extraneis, sicque concludit & arguit Ripa in d. §. si quis rogatus, nu. 55. & hinc non est opus disputare de domina Iulia filia domini Odorici, quæ uenire debeat sub illa tacita conditione filiorum, licet sit foemina, cū etiam si masculus esset talis tacita conditio locum non haberet.

24 † Ad secundum uerò respondetur, quod simplex reciproca non comprehendit fideicommissariam regulariter, sed fallit adiecta clausula codicillari per uerba futuri temporis concepta secundum magis communem sententiam, prout superius ostendi. quod ratione comprobatur, quam ponit Ripa in d. l. cetero. nu. 84. post Aret. conf. fin. col. fi. Nam testator audiendo publicationem, seu uulgarem expositionē & declarationem huius clausulæ satis intelligit cum notario, cæterisque præsentibus, quid

importet in sui generalitate, uidelicet, quod prouidet in præfenti & in futuro, casu quo testamentum annullatur, licet in specie non intelligat ipse cum cæteris omnes causas quibus potest annullari. Unde hæc clausula debet operari contra omnes nullitates, contra quas uerisimiliter prouidisset, si de illis in specie cogitasset, puta quod adita hereditate substitutio directa corrumpere deberet, nec substitutus admittetur etiam iure fideicommissi. Verisimile est enim, quod de hoc casu prouidisset, si de illo cogitasset in specie. Igitur ex hac ratione talis clausula debet operari iure fideicommissi post aditam hereditatem ab eo, cui facta fuit reciproca substitutio. Nam & aliàs sufficit cogitatio in genere, licet non in specie concurrat. l. qui iure militari. ff. de test. milit. Bar. in l. unica. ff. de condi. ex lege. Dominus meus Riminal. in l. prima col. 3. C. de eden. cum similibus.

25 † Et ad primam rationē Decii in locis citatis, quod testator de fideicommissaria non cogitauit, iam patet responsio, non cogitasse quidem in specie, sed in genere, quod est satis. Cōfirmatur. Nam quando testator dixit, uos inuicem substituo, non constat de mente sua, quod uoluerit substitutionem suam arctare, merito si clausulam codicillarem adiecit, dicendum est, intentionem suam esse, ut si substitutio per aditionem expirabit, abinde ualeat ut fideicommissaria, ita Soc. tradit conf. 6. col. 2. volum. 3.

26 † Præterea, uerba breuiloque non repugnant fideicommissariæ propter uerbum substituo, quod est commune, sed ideo non comprehendunt fideicommissariam secundum communem sententiam, & ad directam restringuntur cum fiat in dubio interpretatio in substitutio ne, ut uerba directò capiatur c. si pater. de test. in 6. sicque dicit, hanc esse rationem communis opinionis. Dec. in l. in test. col. 1. C. de testa. milit. quod si clausula codicillaris adiecitur, & ex ea dicamus fideicommissariam continere, istud non est præter uoluntatem testatoris, ut putat Dec. Immo dicitur adesse uoluntas ex dicta clausula, & aptitudine uerborum, sed est tollere illam coniecturam, quod substitutio eiusque uerba in dubio directa potius quam abliqua capiantur, quæ coniectura tollitur ex alia surgente ex clausula codicillari, iux. l. diuus. ff. de integ. rest. & ita declarat Grat. respon. 8. col. 2. uol. 2. de quo supra, remanetq; prima ratio Decii confutata.

27 † Ad secundam uerò respondendo negatur, quod ista clausula codicillaris tendat ad confirmandum tantum, immò uerò & ad augendum, cum post illa uerba, quod ualere uoluit iure testamenti, subiiciatur, & si non ualet, vel ualet iure testamenti, saltem ualere uoluit iure codicillorum &c. † Nam illa copula, & stat augmentatiuè. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Rui. col. 74. nu. 9. vol. 3. Cra. col. 9. nu. 25. ergo

ergo nihil impedit, quò minus uerba dictę clausulę possint ad fideicommissariam adaptari, ad quam uoluit testator dispositionem per eam ampliare. Confirmatur. Nam non tantum dixit uelle ualere iure codicillorum, sed addidit, uel donationis causa mortis, seu quolibet alio iure, uel uoluntate, quibus magis & melius firmiter ualere poterit, & tenere. † quę uerba significant quòd ualere uoluit omni meliori modo, cuius clausula uis est, & effectus, ut ad specificata se non uideatur restrinxisse, ut per Bal. in l. vinum. col. 6. uer. item ideo peto. ff. si cer. pet. Butr. in c. examinata. circa medium, de iudi. & in c. literę. de dilati. Rui. conf. 9. in fin. vol. 5. Crau. conf. fin. nu. 15. uol. 2. † Hinc est, quòd ubi ponitur in testamento, intelligitur, filio, seu filię relicti titulo institutionis, licet non sit dictum. Bald. in l. quoties. C. de hered. instit. Cuma. in l. his uerbis. ff. eo. Castr. confil. 347. super primo puncto. Alex. in l. nam quod. §. si. ff. ad Trebel. conf. 6. conf. 113. uol. 3. conf. 80. conf. 176. & conf. 180. vol. 5. Rui. loco citato: quare & in hoc testamento, & reciproca in eo posita, censetur fideicommissariam fecisse inter filios Domini Ioannis, licet eam non expresserit. Et quòd illa uerba, & omni meliori modo, faciant substitutionem ad fideicommissariam porrigi, licet etiam uerbis directis conceptam, tenet Soc. conf. 173. col. 3. vol. 2. Cor. conf. 298. col. 1. vol. 1. Ripa in l. centurio. n. 87. ff. de vulg. Paris. conf. 62. nu. 16. vol. 2. Cur. Iun. conf. 71. nu. 12. & Menoch. conf. 1. cum nò nullis aliorum pro Triulciis edito. nu. 372. & ita resolutur planè secunda ratio Decii. † Parique modo tertia, quòd ista clausula uenit accessorie tantum: nam immò & ampliatiuè, qui nimò ut respondet Decio Gratus in d. resp. 8. col. 3. dicta clausula transubstantiat dispositionem in aliam, seu aliam dispositionem in defectum expressę continet, cum aliud sint codicilli, & aliud testamentum. l. si idem. C. de codicillis † quòd etiam melius comprobatur, quam quòd ille declarat. Nam si testamentum minus solemniter conditum fuerit, quòd ideo non ualeat. l. si vnus. C. de testam. & adiciatur clausula codicillaris, nò sustinetur iure directo, sed per fideicommissum, quòd à uenientibus ab intestato capitur detracta 4. l. ex testamento, & ibi glo. ceterique. C. de fideicom. l. ex ea, ubi Bar. Bald. Arer. & alii. ff. de testa. Alex. conf. 26. col. 2. vol. 1. Dec. conf. 242. in prin. conf. 369. in fin. Paris. conf. 64. nu. 13. uol. 2. conf. 18. in prin. vol. 3. Dominus meus Riminal. conf. 123. nu. 17. Soc. Iun. conf. 107. nu. 24. uol. 1. † Item uidemus, si filius in testamento sit præteritus, id esse nullum. l. inter cetera. ff. de lib. & posth. cum ibi not. Insti. de exhere. lib. in prin. tamè adiecta clausula codicillari sustinetur iure fideicommissi, quòd à præterito filio præstat in instituto retentalegitima tantum. Bar. & ceteri tradunt reiecta Glof. in auth. ex causa. C. de

lib. præter. Dec. in l. posthomo. nu. 10. C. de bon. posses. contratab. conf. 490. col. fi. Bar. in l. 1. q. 5. in fi. ff. de iur. codicil. in l. 2. ff. de leg. 3. Alex. conf. 26. col. 3. uol. 1. Dominus meus Rimi. 34 conf. 41. nu. 20. conf. 329. nu. 18. † & tamen clarum est, quòd succedere directò, & per fideicommissum longè differt, cum sint species separate. l. si. illud. C. de codicill. at hos effectus clausula codicillaris parere non possit, si stare in 35 in testamento dumtaxat accessorie † cum, ut inquit ipse Decius, clausula accessoria non ampliatur, nec immutat naturam principalis dispositionis. clem. 1. in fi. de præben. Abb. in c. cum nostris. col. fin. de conce. præb. Dec. conf. 2. in fi. conf. conf. 195. col. pen. Cra. conf. 25. nu. 13. Dominus meus Rimi. conf. 79. nu. 24. conf. 88. nu. 12. conf. 296. nu. 10. Cur. Iun. in l. mater. ff. de iur. om. iudi. nu. 52. sicque remanent omnes rationes Decii confutate, & opinio communis optimè defensata; per quã Comes Almericus filię prædictę Domini Odo rici præferri debet, & uictoriam reportare.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro Andriolis Consilium.

ARGUMENTVM.

Quando per prohibitionem alienationis inducatur simplex fideicommissum vel in casu contrauentionis tantum. Et quando prælegata ueniat vel non in fideicommissum pulcherrimè disputatur.

SVMMARIVM.

- 1 Prohibitio alienationis bonorum à testatore quia uoluit ea permanere in eius familia non inducit simplex fideicommissum. 13. Sed in casu alienationis inter uiuos uel hæredis extra familiam instituti. 2. Rationesq; adferuntur. 3. 4. 5. Secus autem si dictum fuerit quòd bona non possint alienari extra familiam, quia uoluit ea conseruari in familia, tunc enim simplex fideicommissum inducitur. 7. 8.
- 3 Prohibitio alienationis bonorum simpliciter facta non ualet ut nuda. Secus adiecta causa, quia uoluit ea remanere in familia uelut ad ualidandum prohibitionem. 4. 9. Et id ex mente & uoluntate testatoris. 5. 12. Non autem ad inducendum simplex fideicommissum.
- 10 Causa cõfirmat prohibitionem in casu in quo loquitur Et uelut accessoria non ampliatur principalem dispositionem. 11.
- 14 Intellectus l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. 15. Oratio imperfecta suppleri debet ex præcedentibus.
- 15 Verbum peto & uolo. fideicommissum inducunt
- 17 Socius uariavit in materia prohibitionis alienationis bonorum.

Bona

- 18 Bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis. Et est communis opinio. 19.
- 20 Alienatio præsumitur facta ob causam necessariam non autem uoluntariam. Et ex causa necessaria facta suscipi debet. 21.
- 21 Fideicommissum simplex ex uerbis geminatis induci solet. Nisi restricta sint ad præcedentia. 22.
- 22 Dicitio prædictis est relatiua præcedentium.
- 23 Verba, quia uoluit bona in familia remanere, quando inducant simplex fideicommissum.
- 24 Fideicommissi materia stricti iuris est. Et eius ademptio fauorabilis est. Quia datio est odiosa.
- 25 Testator præsumitur minus uoluisse grauare heredem quam sit possibile.
- 27 Rigor iuris attenditur ad inducendum fideicommissum equitas ad minuendum. Ea q; præ oculis habenda. 28.
- 29 Decius. conf. 422. consuetur.
- 30 Substitutio uulgariter, pupillariter & per fideicommissum operatur quòd institutus censetur grauius restituere.
- 31 Legitima quinq; filiorum dicitur semis totius hæreditatis.
- 32 Filius grauius sub cõdõne detrahit duas quartas. Et est communis in scholis & iudicijs approbata. Que ampliatur ut procedas etiam quando legitima uentem excedit ut quando quinq; filij existant quo casu semis est. 33.
- 34 Legitima & Trebellianica filio prohiberi non potest. Nisi minori & parum indurstriso.
- 35 Aetatem allegans maiorem uel minorem probare debet.
- 36 Verba enunciatia non probant enunciatum quando contingit de illo principaliter disputari.
- 37 Præsumitur quilibet bonus & idoneus moribus.
- 38 Prælegata ueniunt in fideicommissum quando maior pars hæreditatis absorbet. Et est communis sententia. 39. Et quando per modum diuisionis legauit testator filijs & eos substituit uerbis gener alibus. 40.
- 41 Prælegata nunquid ueniant in fideicommissum uoluntas & mens testatoris est spectanda seruandaque & est communis à qua nullus discrepat. 42.
- 43 Prælegata non ueniunt in fideicommissum stantibus coniecturis. Ut si filijs à patre fuerint facta uel nepotibus ex fratre quem testator amabat. 44. Baldusq; defenditur in ea re. 45. Idem si uoluit ea esse libera & pleno iure filiorum. 47. Vel quando filios quibus non prælegauit adequauit in alijs rebus. 48.
- 49 Prælegata non ueniunt in substitutione uulgari item nec quando testator instituit & substituit in omnibus alijs suis bonis. 50. Licet Boer. & alij contra. 51. 52. 53.
- 51 Verbum ceteris totum comprehendit.
- 52 Notariorum uerba non denotant iuris ministerium. Sed contra, quia non præsumitur aliud eos scripisse

- quam sibi fuerit impostum. 54.
- 53 Expressio eius quod tacite inest nihil operatur. Si necessario tacite inest secus si uoluntariè. 59.
- 55 Notarius præsumitur scripisse de consensu & uoluntate partium.
- 56 Verbum alijs in institutione adiectum non excludit ab ea res legatas ante & de ratione. At in substitutione fideicommissaria secus & quare. 57.
- 58 Prælegata ueniunt in fideicommissum si heres grauius sit portionem restituere secus si portionem hæreditatis.
- 60 Substitutio recipit intelligentiam ab institutione & secundum illam facta censetur.
- 61 Aduersaria autem in oratione imperfecta postea repetit qualitates præcedentium.
- 62 Coniectura plures uincunt pauciores & una potentior plures debiliores. 63. Et negatiua affirmatiua. 64.
- 65 Ius oriur ex facto.
- 66 Indefinita non aequipollet uniuersali.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXLVII.



1 T si propositus articulus in dubiis prolixè tractetur per Doctores, quando per alienationis prohibitionem fideicommissum simplex inducatur, uel in casu contrauentionis tantum, tamen omitendo non necessaria, casumque nostrum attingens † Dico, quòd quando testator prohibuit alienationem bonorum, quia uoluit ea permanere in eius familia prout punctualiter fecit in casu nostro, non inducitur fideicommissum simpliciter, ita quòd gradatim proximiores admittantur sed in duobus tantum casibus, uidelicet si fiat alienatio inter uiuos, uel si fiat extra familiam per uiam institutionis hæredis, casus est rotundus in l. peto. §. fratre. ff. de leg. secundò ubi Papinianus sic scriptum reliquit. Fratre hærede instituto, perit ne domus alienetur, sed ut in familia relinqueretur. Si non paruerit hæres uoluntati, sed domum alienauerit, uel extero hærede instituto decesserit, omnes fideicommissum petent: qui in familia fuerunt. † Sicque considerant illum tex. Bar. Rafa. Bal. Castr. & Cuman. quos plenius deducit Soci. hoc idem tenens conf. 227. col. 4. uol. 2. uolentes quòd in illis duobus tantum casibus inducatur fideicommissum, non autem simpliciter & absolute, † rationemque reddit Soci. Quoniam quãdo testator prius prohibuit alienationem bonorum simpliciter: quia non dixit extra familiã, si nihil ulterius dixisset, prohibitio alienationis taliter facta tanquam nuda non ualisset. l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. 1. merito subiiciendo causam: quia uoluit remanere in familia, censetur eam posuisse ad ostendendum,

dum, quare alienationem prohibuit, & ad ualidandum præceptum, quod sine prædicta causa fuisset nullum; quare satis operatur absque eo, quod inducatur simplex fideicommissum. Et hoc idem determinat ipse Soci. cōf. 40. col. 4. fin. inter cōf. Curtii Senio. † ubi dicit, quod aliàs consulendo considerabat, quod quando in prohibitione nuda fuerunt adiecta uerba à testatore: quia uoluit, quod bona in familia relinquerentur, uel conseruarent: tunc, quia dicta uerba censentur adiecta per uiam causæ ad ualidandum nudam prohibitionem, non inducunt fideicommissum absolutè, sed ita demum si fiat alienatio contra prohibitionem d. l. peto. §. fratre: nam tunc testator per actū prohibitorium alienationis extra familiam, uidet, tantum uoluisse uias præcludere, per quas secundum communiter accidentia bona solent in extraneos transire, † & ultra Soc. tenet hoc idē Dec. cōf. 2. 18. col. 4. & 5. ubi facta prohibitione alienationis simpliciter cum causa: quia uoluit testator bona ad eius descendentes deuenire, dicit fideicommissum solum habere locū in casu contrauentionis inspecta mente testatoris, & considerata ratione, quam adducit: quia uoluit ad eius descendentes bona deuenire, nam dicta ratio bene infert, quod habeat locū fideicommissum in casu contrauentionis: quia tunc offenditur uoluntas testatoris, sed ex tali ratione nullo modo infert, quod inter illos de familia absolutè fideicommissum inducat, quia dummodo bona sint in familia, testator ulterius non curauit, ut ratio sua ostendit, quæ debet attendi. Nam uerba ipsius causæ demonstrant, quod dumtaxat uidetur testator considerare, quod bona conseruent in familia, unde inter ipsos de familia alienatio fieri potest l. uoluntas. C. de fideicommissis. & ita plenius concludit ibi Dec. pariter inducens d. §. fratre. & allegas Soc. 1. d. cōf. 2. 27. † Idē quoque latè tenet Cur. Iun. cōf. 2. 2. nu. 18. cum sequen. ubi posita prius conclusionem, quod quādo testator prohibuit alienari bona extra familiam subiiciendo causam, quia uoluit quod in familia conseruentur, inducitur simplex & absolutum fideicommissum, secundum Bar. uerè intellectum Cumanum, Castr. Aret. & Soc. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uer. obliga. Soc. in l. si cognatis. col. 6. de reb. dub. cōf. 249. col. 9. cōf. 251. col. 4. cum simil. subdit, quod licet idem Soc. allegetur in cōf. 227. sibi contrariari: tamen si, bono oculo & medullitus considerare uelimus, ea quæ scribit ibi Soci. in principali consultatione, & principali fundamento nullo modo contrariatur, alibi per eum firmatis.

† Nam principale fundamentum, quo mouetur Soci. in d. cōf. 227. consistit in d. l. peto. §. fratre, in quo textu facta fuerat prohibitio de non alienando simpliciter: non autem erat dictum, de non alienando extra familiam, sed bene subiecta erant illa uerba, sed ut in familia

relinqueretur & in his terminis erat quæstiō Soc. prout patet ex themate per eum relato in princ. quia testator prohibuerat alienationem quorumcumque bonorum suorum, eo quia uoluit ea perpetuò remanere in familia, in quibus terminis inquit Cur. Iun. quando solum est facta prohibitio de non alienando nisi adiecta essent illa uerba, ut in familia relinquerentur, uel quia uoluit in familia remanere, illa prohibitio fuisset nuda tamquam facta sine causa, & per consequens non obligatoria, iuxta d. §. diu. ideo illa uerba, ut in familia relinquerentur, uel conseruentur, fuerunt adiecta per modum causæ ad faciendum, quod prohibitio non sit nuda, satis est ergo, quod reddat prohibitionem efficacem, ut non alienetur fideicommissum in casu, in quo sequatur alienatio, absque eo quod conseruetur simplex & absolutum fideicommissum post mortem prohibitorum. † Et in hoc casu Soc. euacuat omnia colorata fundamenta, quæ adduxerat pro parte contraria ut ea procedant quando prohibitio facta fuisset de non alienando extra familiam, quo casu de per se considerata non erat nuda, sed obligatoria, & ideo si postea adiciantur illa, sed ut in familia conseruentur, uel quia uoluit in familia remanere denotant simplex & absolutum fideicommissum ut aliquid operentur, & non sint superflua, quod fundamentum cessat, quando prohibitio de non alienando simplex erat, & sic nuda, tunc enim uerba subiecta non sunt superflua, ex quo prohibitionem nudam, & non obligatoriam ualidam reddunt & efficacem, sicque satis in hoc operantur absque eo, quod fideicommissum simplex inducant. Ita notab. declarat & tenet Cur. Iun. ibi, nec in eo tantum loco, sed & in cōf. 43. nu. 10. cōf. 114. nu. 17. cōf. 115. nu. 11. & cōf. 145. col. 4. cōf. 161. col. 5. & cōf. 167. cum simil. adeo quod ubique celebrat hanc conclusionem, prout † & eandem latè confirmat Dec. cōf. 287. sub. nu. 11. ubi posito casu, quod testator prohibuit alienationem bonorum: quia uoluit illa in posteros deuenire, concludit fideicommissum dumtaxat inducitur fuisse in casu contrauentionis non obstante, quod propter illam causam, quæ allegatur uideatur inducitur, quod absolutè fideicommissum inducatur ex eo quod not. Bar. in l. pater filii. §. fundum. ff. de leg. 2. quia Bart. & Doct. hoc non dicunt: quod inducat fideicommissum absolutè propter illam rationem, sed solum dicunt quod illa causa magis efficacem reddit prohibitionem, quod intelligitur in casu contrauentionis, non autem uidetur ampliari prohibitionem, ut absolutè fideicommissum oriatur,

† quia causa quæ allegatur, uidetur confirmare & corroborare prohibitionem in casu, in quo loquitur, & hoc uult Bar. in d. §. fundum, dum dicit, quod ratio declarat dictum, & sic non uidetur ampliari: quia qui declarat, nihil noui facit. l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testam.

11 testam. † Et quia causa, quæ allegatur, accessoria est ad dictum principale, ideo non debet dictum & dispositionem principalem ampliari. clem. 1. in fin. de præb. & ut latius ibidem per Dec. qui & alias rationes adducit supra relatas, de quibus in dicto cōf. 218. & ideo eas

12 non recenseo. † sed eundem addo cōf. 422. cō. si. qui considerans rationem testatoris dicentis quia uoluit bona durare in eius familia, dicit attendita tali ratione bene consonare, quod inducatur fideicommissum in casu contrauentionis, uidelicet sequuta alienatione, quia tunc fit contra uoluntatem testatoris, sed secuta alienatione inter ipsos de familia de gradu in gradum non insurgit fideicommissum: quia hoc nihil facit ad uoluntatem testatoris, & quod magis bona sint apud unum, quàm ad alium de familia testatoris non offendit eius uoluntas, qui solum cogitauit, ne bona exirent de familia. Vnde patet, quod ubique Dec. in isto nostro casu, quando testator prohibuit alienationem bonorum simpliciter adiecta causa, quia uoluit &c. firmat hanc opinionem, non induci simplex fideicommissum, sed in casum contrauentionis tantum † quam tenet insuper Ripa. in d. §. diu. nu. 121. & latè Cephal. plures ex præmissis citans cōf. 17. nu. 22. cum sequē. & cōf. 294. col. 2. Rui. pulchrè cōf. 134. nu. 16. uol. 2. Soc. Iun. cōf. 97. nu. 51. uol. 2. & Portius Imol. lib. 1. regularum suarum concl. 37. col. 4. ubi citat Decium & Alexandrum in uariis locis & in eadem sententia residet Senat. Pedemon. decif. 50. dicens ita censuisse, latissimi quæ discurret hunc & alios casus Ant. Gabriellius in suis conclusionibus tit. de fideicō. conclus. 10 & quæ citantur in dubiis procedunt & intelligenda sunt, quādo testator prohibuit alienationem bonorum extra familiam: quia uoluit ea manere in familia, secus quando simpliciter, ut in casu nostro reperitur, & distinguunt Doctores supra citati sicque (meo iudicio) debent intelligi cumulati per Craue. cōf. 130. nu. 10. Et per Anchara. Iuni. cōf. 72. prima parte, qui uoluit, per alienationis prohibitionem cum causa: quia uoluit bona remanere in familia, simplex fideicommissum inducitur censi, quod debeant tales intelligi, quando prohibitio alienationis non fuit simplex, sed additis illis uerbis extra familiam, sicque distinguit etiam Cephal. pulchrè cōf. 153. n. 53. cum sequen. tantoque magis non obstant cumulati per Craue. si diligenter considerentur in quibus terminis loquatur, nam Decius cōf. 23. loquitur quando dictum fuerat, quod bona semper remanerent in domo & familia nobilium de Catena, & in cōf. 182. col. 5. dictum fuerat, quod bona permanerent perpetuò in filios suos & filios filiorum suorum, unde dictiones illæ semper & perpetuò, simplex fideicommissum inducunt, cum aliàs non possent uerificari. Eodemque modo loquitur Crot. cōf.

13. nu. 14. idem uerò Decius cōf. 425. & cōf. 584. loquitur quando dictum fuerat, quod bona permanerent inter filios & eorum descendentes, quæ uerba uocabant eos ordine successiuo, & ob id simplex fideicommissum inducebant, ut per eū, quo casu pariter loquitur Cur. Iun. cōf. 111. ad finem, Goza. cōf. 30. col. pen. & cōf. 52. col. 2. parique modo Alcia. respon. 484. nu. 2. Vnde distinguendo casus concordantur scripturæ, quoniam non aduersa sed diuersa loquuntur: † Nec (meo iudicio) bene sentiunt illi qui dixerunt ad d. §. fratre, in quo fundatur hæc conclusio, quod illa uerba, ut in familia relinqueretur, fuerunt enunciatia, uolentes, quod de per se non disponant, nisi coniungantur cum prohibitione alienationis, at secus in illis. Quia uolo, quod in familia relinquantur: quia sunt dispositiua, & habent de per se suū significatū, uel nimirum si sunt efficaciora ad inducendum fideicommissum, sicque considerat Ripa in d. §. diu. col. pen. in 4. membro & Soci. in d. §. cohæredes. in 3. casu ad finem & Burfatus confirmat cōf. 52. nu. 40. licet de prædictis & de dicto §. fratre. mentionem non faciat: † quoniam non bene gustauit illius uerba, quæ dicunt. Fratre hærede instituto petis, ne domus alienetur, sed ut in familia relinqueretur, cum enim secunda oratio sit imperrecta ratione uerbi principalis, petit, illud superari debet Bar. in l. in repetendis, col. 2. ff. de leg. 3. Gozad. cōf. 19. nu. 13. qua supplementione facta, sequitur illa uerba non esse enunciatia immo dispositiua, † cum per uerbum peto, sicut per uerbum uolo fideicommissum disponatur. §. si. insti. de singu. rebus per fideicom. relic.

Aliud etiam non omitto, quod Aret. in d. §. cohæredes. & Soc. in 4. casu uariarunt, uolentes per prohibitionem alienationis simpliciter cum causa: quia uolo, uidelicet fideicommissum simplex induci, sed, ut inquit Dec. in d. cōf. 287. co. 5. corū opinio non est uera licet Dec. hoc ascribat Soc. in d. cōf. 40. inter consilia Curtii) quod non est uerum: quia tenet idē quod in d. cōf. 227. superius citato † ubi secundum Dec. Soci. sententiam mutauit in melius, & uerè quidem, prout ex prædictis patet, & certè negari non potest: quin in hoc uariauerit Soc. quicquid Cur. Iun. in dictis consiliis supra citatis dixerit, cum in lectura uoluerit induci simplex fideicommissum, quando testator prohibuit alienationem simpliciter: quia uoluit bona in familia remanere, in dictis uerò consiliis in casu contrauentionis tantum, sicut & quādo dixit, ut in familia remanerent, idem uoluit in dicta lectura, qui casus non est noster, & ideo non prosequor. Sed ad rem nostram redeundo, dico, quod cum Hieronimus non instituerit hæredem extraneum, & quatenus alienauit Iohanni fratri suo, in familia alienauit, sequitur quod non uersamur in aliquo ex duobus



bus casibus positus in d. §. fratre, meritò nò dicitur inductum fideicommissum: quia dicitur ab eo contrauentu, nam uerè nò contrauenit alienando in familia, ut per Dec. in d. locis, potissimè uerò in dicto conf. 422. col. fin. & per alios supra citatos † Quatenus uerò alias duas petias terrarum alienauit quibusdam extraneis & sic extra familiam, toleranda est talis alienatio, non obstante fideicommissio allegato, & expressa prohibitione alienationis, cum dictam alienationem fecerit pro dotanda domina Polissena eius sorore iussa dotari à patre in dicto testamento. Nam bona subiecta restitutioni, & expressè prohibita alienari possunt ex causa dotis alienari, ut tenet Iacob. de Aret. Cyn. Bal. & Salyc. in l. uoluntas. C. de fideicommissis. Bar. & ceteri passim in d. §. diu. numer. 19. Alexan. conf. 56. uol. 1. † Ias. qui communem testatur in auth. res que. nu. 14. C. communia de lega. Dec. còf. 519. nu. 4. Curt. conf. 28. col. 2. cum simil. & licet hoc expressè non dicatur in instrumentis alienationis, quòd id fecerit, ut sorori dotem constitueret, attamen cum appareat de hac causa necessaria in testamento paterno, & secuta subinde fuerit dicta alienatio, demumque dotis consignatio, prout ex instrumentorum serie colligitur, † presumitur ob hanc causam necessariam facta dicta alienatio, non autem uoluntariè. Bar. in l. triticum. ff. de uerb. obligat. in l. cum seruus. eo. tit. Castr. conf. 133. iste Martinus. & conf. 410. uisio & examinatio. uol. 2. Abb. còf. 116. col. 2. uol. 2. Roma. conf. 247. primò dici potest. col. 2. cù simil. per Crauet. conf. 150. nu. 12. † & ex causa necessaria facta dicta alienatio sustineri debet. l. filius familias. §. diu. i. ff. de leg. 1. Cast. & alii in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Bar. in l. pater filium. in prin. ff. de leg. 3. Neuiz. còf. 62. nu. 37. Hieronimus Gabriel. conf. 123. nu. 19. ex quibus abundè cessat, quòd de fideicommissio simplici dicitur in dubiis.

Meque parum mouet, quod subiicitur, ex uerbis geminatis illud induci solere, ut per Corn. conf. 99. uol. 2. & Albam conf. 54. nu. 3. que uidentur hic adesse. Nam primò dicitur. Item dictus testator dictis suis hæredibus prohibuit alienationem &c. quia uoluit &c. postea subiicitur. Et ex prædictis dictus testator prohibuit alienationem aliquam fieri debere per dictos eius hæredes aliquo modo, uel quæsito colore directè, uel indirectè, tacitè, uel expressè, † Quoniam quicquid aliàs dici possit, considerandum est in casu nostro, illa uerba 2. prolata restricta reperiri ad præcedentia, ut colligitur in illo uersiculo, & ex prædictis, quod uerbum prædictis, est relatiuum præcedentium. Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. Paris. conf. 158. nu. 18. uol. 4. meritò restringi debent ad ea, nec fideicommissum ampliare, ut per Alex. còf. 59. colum. fi. uers. nec obstat. uolum. 3. Dec. confil. 291. colum. 4. uers. non

obstant. conf. 636. per totum, maximè nu. 12. Cephal. conf. 269. nu. 48.

† Ad aliud uerò, quòd subiicitur in dubiis illa uerba. Quia uoluit &c. nedum coadiuare, sed & inducere fideicommissum, ut per Dec. conf. 422. num. 6. quia hæc duo simul non repugnant, ut per eum. Respondetur illud procedere, quòd prohibitio alienationis facta fuit extra familiam adiecta causa: Quia uoluit &c. tunc enim: quia prohibitio de se ualet iustificata reperitur, nec est nudum præceptum causa adiecta, quia uoluit &c. fideicommissum simplex inducit, ne uerba sint superflua, & nihil operentur. At quando prohibitio alienationis reperitur facta simpliciter non adiecto, extra familiam, prout in casu nostro, tunc quia præceptum dicitur nudum, & inefficax, causa adiecta: quia uoluit &c. illud adiuuat & iustificat, & in hoc fati operatur absque eo, quòd fideicommissum simplex inducat, ita formaliter dicit Cur. Iun. in consiliis supra citatis, & Dec. & omnes idem sentiunt, qui tenent fideicommissum duntaxat esse factum in casum contrauentionis, non autem simplex. † Et hæc interpretatio multum probabilis est, quia fideicommissi materia, naturaque stricti iuris est. l. coheredi. §. cum filia. & ibi not. ff. de vulg. & pup. & qui illud allegat, concludenter probare debet. c. in presentia, de proba. l. nò hoc. C. unde leg. Cra. conf. 161. nu. 16. tradit Natta conf. 678. n. 27. Soc. Iun. conf. 1. uol. 3. Ceph. conf. 67. num. 27. & Rol. à Vall. conf. 46. col. 1. uol. 3. dicentes, cum fideicommissum sit factum & presertim res onerosa, non præsumi, sed euitandum, atque in dubio pronunciantum etiam illud non subesse, cù hoc sit fauorabilius. ut per Alci. respò. 525. nu. 12. & cum prædictis etiam concordat Dec. conf. 513. nu. 10. † & probatur ratione quia præsumptio est in contrarium, cum præsumatur testator, minus uoluisset grauare suu hæredè, quam sit possibile. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 1. Imò fieri debet interpretatio, quòd euitetur fideicommissum. Ias. in l. ex tribus. C. de inoff. testa. Dec. conf. 465. Cephal. conf. 67. nu. 27. Crau. conf. 180. Natta confil. 200. ad fi. Alba conf. 29. nu. 2. conf. 31. num. 9.

† Hinc alibi dicitur in l. si fuerit, ubi Castr. & Soc. not. §. ff. de reb. dub. fideicommissi ademptionè fauorabilem esse, quia datio est odiosa, sequitur Alciat. respon. 492. & 494. & ideo Dominus meus Rimi. conf. 224. nu. 53. dicit eleganter † quòd ad inducendum fideicommissum in personam, uel contra personam unius est recurrendum ad rigorem seu dispositionem iuris, ad diminuendum uerò ad æquitatem, per tex. in l. in his. ff. de cond. & demon. quem tex. inducit concludens † quòd omnes iudicare debentes in materia testamentaria deberent illam præ oculis habere, quoniam propter nimiam subtilitatem sapius erramus in coniecturanda uoluntate testatoris, ut

per

per eum post Baldum in l. precibus. C. de impube. meritò cum in casu nostro uerba illa: quia uoluit &c. satis opererentur in iustificando prohibitionem simplicem de se nudam & inualidam non debent ampliari etiam fideicommissum. † Nec huic rationi respondet Dec. in d. conf. 422. immò nec aduertit, licet dicat, quòd ista duo non repugnant, licet simul concurrant. Licet enim non sint contraria, tamen absurdum est si operantur iustificationem prohibitionis inualidæ, quòd etiam amplient fideicommissum sui natura stricti iuris, & odiosum, unde Dec. malè locutus fuit indubitèter & alibi sepius contrarium sensit, & alii supra relati, clareque Cur. Iun.

Venio nunc ad secundum dubium de fideicommissio dupliciter iniuncto, primo modo vigore prohibitionis alienationis, de qua supra secundo vigore substitutionis factæ vulgariter pupillariter & per fideicommissum decedenti ex filiis, sine filiis de superuuentibus. in uers. si

† cuius uigore Hieronimus dicitur grauatus restituere bona paterna Dionisio secundum Fulg. conf. 43. col. 2. Alex. còf. 208. uolu. 6. Durant. de arte testan. tit. 5. caut. 29. Marzarius in 2. par. epito. fideicommiss. q. 12. cum similibus. Et dico non obstante tali fideicommissio ualuisse alienationes factas i causa dotandi sorores, auth. res que. C. commu. de leg. ubi Ias. post alios, unde tales alienationes non debent imputari dicto Hier. in legitimam & Trebellianicam quatenus ad dotes prædictas pro rata sua tenebatur. quòd uerò ad residuum, quòd ratam prædictam excederet, considerandum est, quòd cum essent quinque filii masculi, uidelicet Christoforus, Ioannes, Hieronimus Dionisius & Ioannes Paulus, † legitima illis debita erat semis totius hereditatis, & sic dimidia. §. 1. in auth. de trien. & semi. & habetur in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & præter legitimam, competeat etiam d. Ioanni facultas detrahendi Trebellianicam ueluti

† sub conditione grauato. † c. Raynatius. & ibi not. omnes de testa. Glos. Bar. Ang. & alii maximè uerò Cagnol. in l. Papi. §. meminisse. ff. de inoff. testa. dicentes, quòd in scholis & iudiciis hæc opinio communiter approbatur. Alex. in l. in ratione. §. quod uulgò ff. ad l. Falc. confil. 16. col. fin. uol. 1. Dec. conf. 236. conf. 238. nu. 4. conf. 320. colu. 3. conf. 419. in princ. decis. Neapo. 367. nu. 4. Rui. conf. 143. nu. 12. uol. 2. Paris. conf. 25. nu. 30. uol. 2. Corn. conf. 104. n. 4. uol. 4. Ias. conf. 43. col. pe. uol. 3. Gozad. conf. 104. nu. 24. Aret. conf. 27. num. 2. Natta conf. 255. nu. 5. Hier. Gabriel. conf. 46. ad fi. Roland. à Valle. conf. 12. num. 7. & 8. & latius confil. 25. nu. 9. uol. 1. † Et hæc conclusio de Trebellianica quoque detrahenda procedit etiam in casu, quòd legitima trientem excedit, & ascendit ad dimidiam, prout in casu nostro, quando filii sunt ultra quatuor, ut pulchrè tenet Alba còf.

41. col. 2. quicquid dixerit Bal. conf. 94. pūctus quæstionis, super quo petitur uol. 2. per eum relatus, quoniam id malè probat Bald. & rationes met, quæ allegantur quando legitima non excedit trientem militant etiam, quando transcendit illum, & contra Baldum præsupponunt passim doctores, ut patet ex Alex. conf. 68. alias in meo libro. 65. uol. 4. circa præmissam, qui corruptus habetur ut ostendit Alba, qui citat etiam Baldum conf. 101. uol. 2. pro hac sententia, & ego addo Beltrand. conf. 34. uol. 2. posteriorum, Angelum còf. 287. col. 2. uers. & ut rem deducam. iuncto themate. ubi de quinque filiis loquitur. Picum in l. in quartâ. col. pen. ff. ad leg. Fal. Craue. conf. 50. in hanc partem inclinantè Cagnol. in l. Papi. §. meminisse. nu. 19. ff. de inoff. test. Zanchum in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 815. Corneum. còf. 182. col. 4. uers. concludo uol. 2. & Marzarius in epito. fideicommissaria. 2. par. q. 51. meritò posito, quòd alienationes prædictæ, quòd ad excessum dotium sororum uenirent in legitima, & Trebellianica Hieronimi computandæ, clarum est, quòd eas quartas absorbere non possunt, ut maioris importantiæ, si fiat calculus, Unde sequitur dictum Hieronimum remansisse creditorem in bonis paternis ratione dictarum quartarum quatenus excederent ualorem & pretium rerum alienatarum detractis dictis dotibus.

† Nec huic detractioni legitime, uel Trebellianicæ quicquam repugnat alienationis prohibito, quominus fieri possit, nisi quando filius minor est, aut parum industriofus, ut per Cast. conf. 136. quem refert & sequitur Ias. in d. §. diu. ui. col. 3. uers. limita nunc. & post eum Grotus nu. 13. uers. 3. sit conclusio. Idemque Ripa nu. 28. per Veronens. quos citat Rubens conf. 27. col. 1. Dec. conf. 349. col. 2. còf. 403. in fin. còf. 441. col. 1. Bero. q. 87. nu. 5. Rui. conf. 42. col. fi. uol. 2. Aret. conf. 19. 2. dubio. Natta confil. 145. nu. 22. Cephal. conf. 153. nu. 14. & alibi sepe Doctores. † At in proposito non uideo probatum Dominum Hieronimum tempore alienationum fuisse minorem, cum tamen probari debuerit ex aduerso, uelut fundamentum suæ intentionis pro defensione dictæ prohibitionis, quia qui se fundat in græte, eam probare debet. l. cum te, & ibi Bal. & omnes. C. de probat. l. si minorem. C. de in integ. restit. min. Bal. còf. 19. factum. uol. 5. Alciat. tract. de presump. 2. reg. præsump. 14. Natta conf. 513. ad fin. & in terminis minoris ætatis decis. Perusi. 56. immò uerò potius contrarium suadet, cum à testamento condito anno 1530. quo Hieronimus poterat esse pupillus ex substitutione pupillari in eo facta, usque ad alienationes per eum factas de anno 1543. & 1544. tractæ facti fuerint anni 13. & 14. unde si tempore testamenti fuisset annorum 12. sine dubio, quando alienauit, fuisset maior annorum 25. & licet de instrumento

strumēto celebrato de anno 1544. in quo Hieronimus uendit Mattheo Gratiano, dicitur id eum fecisse cum presentia Domini Cæsaris

36 Andrioli curatoris dicti Hieronimi † non tamen inde probatur ex illis uerbis enūciatiuis, cum fuisse minorem, cum de hoc principaliter disputari contingat, ut est doctrina Butrii in c. illud. de præsumptionibus, sequitur Matef. notabi. 79. Bal. in l. ad probationē. col. fi. C. loca. Alex. conf. 136. col. fi. uol. primo cum similit. per Dec. conf. 213. col. fi. conf. 310. nu. 5. Dominus meus Rimi. conf. 82. nu. 18. & conf. 89. nu. 24. tātoque magis, quod in aliis duobus instrumētis factis anno præcedēti uēdidit uti maior, & sine presentia, & auctoritate fratrum, & curatoris, ut ex eorum lectura constat, minus etiā constat, quod esset minus industrius, & suis

37 rebus abutens † & in contrarium stat præsumptio iuris, quod quilibet bonus & idoneus moribus sit c. dudum, & ibi Doct. de præsump. maxime Fel. Soc. conf. 274. col. 9. uol. 2. post Imol. in l. 1. §. si quis neget. ff. quem. test. aper. Alciat. in dicto tract. 3. reg. præsump. 2. & 3.

Nunc ad tertium dubium transeo. Nam cū supponatur ex parte domini Cæsaris Andrioli prælegata facta Domino Hieronimo non uenire in fideicommissio sibi iniuncto, ut demonstrat tanto magis opulentam esse, soluendoque eius hereditatem ad conseruandum indemne ipsum Dominū Cæsarem, dicitur eius intentionem periculosam reddi † Primò quia dicta prælegata Hieronimo & aliis filiis facta maiorem partem hereditatis paternæ absorbēt, quo casu ueniunt in fideicommissio, secundum Iaf. in l. cum uirum. ad fin. C. de fideicom. quæ fuit doct. Bart. Angel. Imola & cæterorū in l. quid ergo. ff. de leg. 1. & Bart. in l. Marcellus. §. quidā liberis. ff. ad Trebel. † ubi communem testatur Alex. & insuper Dec. alios citans conf. 254. col. 2. sequitur Rui. conf. 116. num. 8. uol. 2.

40 † Secūdo, quia testator per modum diuisionis legauit filiis, & eos substituit uerbis generalibus, unde dicta ligata ueniunt in fideicommissio. d. §. quidam liberis. ubi Bar. Castr. & alii.

Demumque tertio loco; quia facta sunt ipsismet hæredibus, ut per Iaf. in d. l. cū uirum.

Sed tamen his minimè refragātibus uerior est intentio negatiua Domini Cæsaris Andrioli, quam prius fundabo, deinde motiuis supra relatis respondebo.

41 † Et in primis illud præmitto, quod in hac quæstione, nunquid prælegata ueniant in restitutione fideicommissi, uoluntas & mens testatoris est spectanda & obseruanda, si enim potest apparere de mente sua, quod non ueniant in fideicommissio, utique non ueniunt, licet secundum communes regulas & consideratis uerbis & ordine prælegatorum, & fideicommissi uniuersalis uenirent restituenda, ita est tex. punctaliter secundum uerum intellectum à quo scribentes ibi nō dissentiunt, in d. l. cū uirum.

& not. Bar. & ibi scribentes in d. §. quidam liberis. col. fi. uers. quæro quid si testator, & alii prius, quos cumulat Paris. conf. 79. nu. 10. & 11. vol. 2. † concludens, quod nullus discrepat ab ista communi opinione, sequitur Soc. Iun. conf. 107. nu. 42. uol. 3. post Aret. conf. 152. breuitate utendum est. col. 1. qui propriè sic præmittit, idemque Dec. conf. 80. col. 3. Siluā. cōf. 49. nu. 24. Zanch. in l. heredes mei. §. cum ita. nu. 368. ff. ad Trebel. Rui. conf. 120. num. 15. vol. 3. & Menoch. conf. 86. nu. 18. At in casu nostro plures extant coniecturæ, quæ nos impellere debent ad dicendum quod prælegata non ueniant in restitutione fideicommissi, igitur in eo uenire non debent.

43 † Prima est coniectura, quod ista prælegata facta fuerunt filiis à patre suo, quo stante propter affectionem paternam præsumitur, patre uoluisse ea in fideicommissio non comprehendendi neque uenire, sed filios ea sibi libera & præcipua retinere. Ita Bal. egregiè conf. 318. & conf. 328. uol. 5. quem sequitur Soc. Iun. conf. 107. nu. 43. uol. 3. qui talem decisionem † extendit ad nepotem ex fratre, quem testator amabat, & loco filii diligebat, ut per eum. & in uxore per testatorem dilecta pariter. Idè cōcludit Paris. in d. conf. 79. nu. 14. uol. 2. post Fulg. cōf. 100. circa finē. uers. & præsertim. & licet Cur. Iun. conf. 13. col. 2. redarguat Baldum, quod dixerit esse speciale in filiis, ut eis prælegata non ueniant in restitutione fideicommissi, & tamen nihil allegat, in quo fundetur ista specialitas, & quia Bal. dixit contra tex. in d. §. quidam liberis, ubi probatur opinio affirmatiua, & tamē loquendo de liberis, satis loquitur de filiis

45 l. liberorum. ff. de uerb. signi. † tamen Baldus defendi potest, & in actu practico sequendus est, cum Soc. Iun. eū sequatur & Fulg. & Paris. in effectu considerans effectū prout Baldus, & specialitas ipsa probatur in l. cum alienā. C. de lega. & in l. si seruus plurium. §. si. ff. de lega. 1.

46 quas citat Paris. in d. cōf. 79. col. 3. † tex. uerò in d. §. quidam liberis, se fundat in uerbo portionem suam, quam filii rogati fuerunt restituere, sub quo perceptiones etiam continentur. ut ibi dicitur, & tradit Rip. in l. in fideicommissa. §. si legatum. ff. ad Trebel. Unde propter illud manifestum erat testatorem uelle, quod prælegata uenirent in restitutione, at secus eo remoto, tunc enim affectio operatur.

47 † Secunda coniectura est, & quidem potēs, quod ista prælegata testator uoluit esse libera & pleno iure filiorū, quibus ea fecit, ut in testamento legitur, quo stante, nō ueniunt in restitutione fideicommissi, nec enim libera & pleno iure esse possent eorū, quibus ea reliquit, si in restitutione uenirent. l. si. §. sed quia. C. cōmunia de leg. ita formaliter decidit Fulg. id. cōf. 100. col. 2. & in eodēmet casu Cuma. conf. 37. col. 1. sequitur Cur. Iun. in d. cōf. 13. ad fi. & fuit de mente Bal. in d. conf. 318. uol. 5. ubi arguit domum

domum non uenire in restitutione fideicommissi; quia pater uoluit, quod filius eam præcipuam haberet.

48 † Tertia succedit coniectura, quod in aliis prælegatis adque uoluit alios filios, ut quia loco precii domus & apotecæ pro rata eos tangente uoluit, quod tot debitores haberet, & libras cētū profiscontro; unde satis apparet de mente testatoris, quod noluerit ea prælegata uenire in restitutione fideicommissi, quia multo minus estimarentur si haberent hoc onus annexū, quàm si liberè pertinerent ad ipsos filios, quibus facta fuerunt. Ita tradit in terminis Aret. conf. 152. col. 2.

49 † Quarta coniectura est; quoniam testator substituit superuientes ex filiis suis decedenti sine filiis uulgariter, pupillariter & per fideicommissum, sed sic est, quod in uulgaribus substitutionibus non ueniunt prælegata. l. Sextiliam. ff. de leg. 3. l. miles §. pro parte. ff. de leg. 2. & utrobique Bart. & Doct. Ang. Aret. insti. de uulgaribus substit. in prin. nu. 11. Sigism. Lofred. conf. 2. nu. 32. Cephal. conf. 259. num. 21. meritò nec isto casu uenire debent in fideicommissaria hereditate sub eadem ratione & determinatione posita per testatorem, arg. l. nam hoc iure. ff. eo. & l. quamuis. C. de impub.

50 † Quinta concurrit coniectura; quod testator factis prælegatis filiis. In omnibus aliis suis bonis eos instituit ut in testamento legitur, ex quibus uerbis clarè colligitur, institutionē & substitutionem fideicommissariam. fuisse factā in aliis bonis testatoris, non autem in prælegatis, de quibus supra, cum per illud uerbum aliis, excludantur ea, ut per Bar. in simili in l. si quis. §. si. ff. de leg. 2. sicque Dec. arguit in alio casu simili conf. 653. col. 1. uer. 2. efficaciter; ubi dicit, quod si testator post factum legatum dicit. In omnibus autem aliis bonis mobilibus & immobilibus heredes instituit illud uerbum aliis uidetur separare bona expressa in institutione à bonis, in legato præcedenti comprehensis; quia si instituit in aliis, ergo in bonis prius legatis non uidetur facta institutio; ut uerba manifestè demonstrant, & cum clara sint cauillari non possunt. l. 3. C. de liber. præter. sequitur Plot. in l. si quando. nu. 16. ad fi. C. unde vi. & in terminis nostris ita quoque concludit Fulg. in d. conf. 100. col. 2. & in eodem casu Cuma. conf. 37. Iaf. conf. 171. propè fi. vol. 4. Dec. conf. 653. nu. 6. Paris. conf. 79. num. 22. vol. 2. & conf. 63. nu. 22. vol. 3. Soc. Iun. conf. 107. nu. 47. vol. 3. & fusius etiam conf. 89. col. 4. vol. 4. Siluanus conf. 49. nu. 23. Barb. conf. 58. col. 4. vol. 3. Car. di. Zab. conf. 68. Durant. de arte testan. tit. 4. c. 4. Corn. conf. 91. col. 3. vol. 1. Mant. conf. 216. vol. 1. Alcia. resp. 480. nu. 16. Emilia. conf. 35. nu. 1. conf. 39. nu. 26. & conf. 44. nu. 6. † Nec ab ista conclusione remouet me Boer. decif. 280. in calce dubiorum citatus, ubi nu. 4. citat Oldradum conf. 158. ad fi. dicentem; quod institutio

facta per illa uerba. Et in ceteris suis bonis fecit hæredē uniuersalē, uidetur hæres institutus ex uniuerso, & sic hæres etiam legata capit. Quoniam casus ille longè differt à nostro. Nā uerbū cæteris, totum comprehendit. l. cæterorū. ff. de uerb. signi. ut Oldrad. etiam perpendit

52 quod nō reperitur uerbo, aliis, attributū † magis ad rem nostram poterat adduci Castren. cōf. 367. col. 2. uisō supra scripto pūcto in anti. qui uoluit nō obstantibus illis uerbis in omnibus aliis suis bonis legata sub institutione cōtineri, sunt enim uerba notariorū imperitorū,

53 quæ non denotant iuris ministerium. † Item & Alex. conf. 25. col. fi. uol. 1. & conf. 262. vol. 6. ubi nihilominus uult in dictis uerbis contineri prælegata. quia fuit expressio eius, quod tacitè inest, quæ nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 3. probat ex eo. Nam sicut quando testator simpliciter hæredem uniuersalem instituit, eique substituit ueniunt prælegata, & tamen non intelligit illum hæredem facere in eo, quod particulariter reliquit l. uxorem §. Felicissimo. ff. de lega. 3. pari ratione, quando dixit. in omnibus aliis bonis instituit &c. quia expressit illud, quod tacitè inerat. sed & secūdo dicit Alex. quod illa uerba. In omnibus aliis bonis, adiecta institutioni, nō sunt ad substitutionē referenda postea simpliciter posita. Unde substitutio referri debet ad prælegata, & ea cōtinere. Et hæc etiam fuit consideratio Butrii conf. 68. dicentis illud uerbū aliis, non esse repetendū in substitutione postea posita, & habente orationem perfectam, quæ ob id simpliciter est intelligenda, & Alex. sequitur Cur. Iun. conf. 13. col. fin. Hæc reuelare uolui, sicut & alias auctoritates quas allegat Marzarius in epitomis suis in materia fideicommissariæ, parte 2. q. 3. ac ea cōfutare, ne tacendo, reperta per iudicem diligentem, forsan eum titubantem redderent. Unde quatenus ad Cast. primò dicit Dec. in allegato conf. 653. quod interpretatio sua uide destrueret proprietatē uerborū, & absurdum uideretur, quod illa uerba. In omnibus autem aliis bonis, nō sint de intentione testatoris; quia præsumitur, pro tabellione, quod nihil aliud scripserit, quàm sibi iniunctū fuerit, & quicquid scriptum sit, uel scriptum de uoluntate & mandato eius, qui rogauit tabellionem. Bal. in l. errore. col. 1. C. de testa. cum similibidem cumulatis per Decium; quibus addo gl. & Bal. in l. sciendum. ff. de uerbo. obl. ubi dicit, quod præter ea, quæ pertinent ad officium tabellionis, sicut est inscriptio consulis & diei, reliqua contenta in publico instrumento præsumuntur scripta de uoluntate partium. Idemque Bal. in l. ab executione. ff. quor. appell. Nar. conf. 16. nu. 18. & conf. 262. nu. 6. Ceph. conf. 179. nu. 25. Dionysius de Barifeis conf. 41. nu. 38. uol. 1. ultimarū uoluntatū † hæcque conclusio de plano procedit in dubio, quo casu credidit notario ita fuisse scriptū cōsensu & uoluntate partium ut declarat Cap. deci. 159. n. 42. deci. 75. n. 29. Hippol. Rimi. T. Secundus. P. Rui.

Rui. confi. 134. nu. 7. uol. 1. Ias. in l. fin. §. idem  
 q̄siit. nu. 5. ff. de cōd. ind. Meno. cōf. 37. n. 154.  
 56 † Sed ulterius, & fundamentalius respon-  
 deri potest, ut per Fulgo. in d. confi. 100. licet  
 Castren. non alleget, quod uerbum, aliis, adie-  
 ctum institutioni non excludit res in præce-  
 denti legato compræhensas ex iuris necessita-  
 te, quod statuit institutum in certa re, uel in cer-  
 tis rebus in uniuerso institutum intelligi. l. 1. §.  
 si ex fundo. ff. de hæred. insti. ne quis decedat  
 pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius  
 57 nostrum. ff. de reg. iur. † at ista necessitas iuris  
 & interpretatio non cadit in fideicommissaria  
 substitutione, cum, institutione rata manente,  
 non possit id inconueniens euenire, si fideicō-  
 missum, uel legatum de certis rebus factum  
 suam propriam uirtutem suamque propriam  
 significationem retineat. Et hæc etiam fuit Ol-  
 dradi consideratio in dicto consilio 158. ad  
 fin. licet non ita per eum plenè deducta, pro-  
 ut per Fulgosium.  
 58 † Ad illud uerò, quod primo loco dicit Alex,  
 considerandum est diligentius; nam facta insti-  
 tutione sine uerbo aliis, uerba cōueniunt, ut in  
 substitutione ueniant prælegata; secus adiecto  
 uerbo aliis, probatur ista differentia. Nam si di-  
 xerit testator, q̄ hæres portionem suam resti-  
 tuat, ueniant etiam prælegata, quia portionis  
 appellatione præceptiones etiam continentur  
 d. §. quidam liberis. & sic uerba conueniunt. At  
 secus si de portione hæreditatis hæres grau-  
 rus sit. l. si Titius ex parte. ff. de leg. 3. cum sim.  
 quia uerba non conueniunt prælegatis, nec il-  
 lis adaptantur, sicque not. utrobique & per oēs  
 in d. l. cum uirū. & Soc. l. un. d. conf. 107. nu. 36.  
 59 † & ad regulam. l. 3. ff. de leg. 1. responderetur q̄  
 procedit in expressione eius, quod tacitè inest  
 ex necessitate, secus ubi sumus in expressione  
 eius, quod tacitè inest ex uoluntate præsumpta  
 testatoris per legem interpretata. l. fin. C. de in-  
 sti. & subst. iuncta. l. precibus. C. de impube. &  
 declarant Bar. & omnes in d. l. 3. qualis est casus  
 noster ad ungem. Nam prætermisso uerbo  
 aliis, uerba conueniunt, ut prælegata cōprehē-  
 dantur, quæ illo expresso repugnant, meritò uo-  
 luntatis testatoris interpretatur, ut non compre-  
 hendatur in substitutione, & sic expressio ope-  
 60 ratur aliter quàm tacitè inesset † Ad secundū,  
 uerò, quod inquit Alex. dico q̄ imò substitutio  
 simpliciter adiecta post institutionem recipere  
 debet intelligentiam ab eius uerbis, iuxta  
 regularè naturam substitutionis, quæ secundū  
 institutionem facta censetur l. prima. C. de impu-  
 pub. Dec. confi. 480. nu. 12. Paris. consilio 18.  
 nume. 75. uolum. secundo, Dominus meus Ri-  
 mi. confi. 182. nu. 14. confi. 184. num. 15. confi.  
 185. & confi. 147. nume. 7. Oldrad. consilio  
 107. colum. 2. Cephal. confi. 259. nu. 41. & confi.  
 291. nu. 12. Leonard. de Bariolis confi. 57. nu. 4.  
 lib. 1. ultimarum uoluntatū, tantoq̄ magis in  
 casu nostro, q̄ uerba substitutionis sunt imper-

fecta ratione personarum. Dicunt enim. Si  
 autem aliquis dictorum suorum filiorum de-  
 cesserit, ei substituit. Nam supleri debet uer-  
 bo filiorum Christophori, Ioannis & aliorum  
 61 supra nominatorum † meritò illa aduersatiua  
 autem, repetere debet qualitates contentas  
 in institutione, & sic quod facta fuerit eorum  
 substitutio in aliis bonis, iuxta doctrinam Bal.  
 in l. oēs populi, col. 8. ff. de iustitia & iur. quam  
 reasumit & declarat Rui. confi. 176. nume. 8.  
 uolumine secundo, idemque Bar. in l. cum am-  
 plius. §. 1. ff. de dam. infec. & in l. mariti. §. fin.  
 ff. ad leg. iul. de adult. Dec. in l. bonorum, ult. le-  
 ctu. nu. 26. C. qui admit. & in l. si donatione. n.  
 3. C. de collat. Cepha. confi. 288. nu. 90.  
 62 † Et tenendo hanc partem, non obstant con-  
 traria, quia potest uno uerbo responderi, quod  
 illa uersantur in tribus coniecturis, quæ cede-  
 re debent quinque contrariis supra relatis,  
 quia plures uincunt pauciores. Auth. itaque.  
 C. comm. de succes. sicut dicitur de testibus,  
 quod ceteris paribus statuitur testibus, qui plures  
 sunt numero l. 3. §. eiusdem. ff. de testu. ita Cra.  
 confi. 145. nu. 11. tantoque magis, quod for-  
 tiores sunt coniecturæ p parte negatiua, potissi-  
 mè illa de uerbo liberè, & pleno iure, sicut & il-  
 63 la adæquationis, & illa de uerbo aliis, † quo casu  
 etiam una plures uincit magis friuolas, ut tra-  
 dit Andr. Sicul. confi. 37. uolum. 1. cum simili-  
 bus per Paris. confi. 10. nume. 25. uolum. 2. Cra-  
 uet. confi. 149. nume. 17. Marfil. in præf. crim.  
 §. diligenter. nume. 192. Borgni. Caualcian. in  
 tractat. de usufruct. mul. relic. nume. 57. Acce-  
 dit, quod dictæ præsumptiones magis specia-  
 les sunt illa de uerbis generalibus, & alia, de  
 hæredibus factis prælegatis, quæ magis com-  
 munes sunt, & uisitate, ideo speciales genera-  
 libus debent præualere, ut per Calcan. in sub-  
 scriptione consilii Socin. l. un. 128. nume. 230.  
 uolum. primo, Dominus meus Riminald. confi.  
 128. numer. 12. & ibidem per me in appostil.  
 Rui. confi. 67. nume. 13. uolum. primo, Bart.  
 ante ipsos in l. cum de indebito. per illum tex.  
 ff. de probat. Bald. in l. siue possidetis. colum.  
 secunda. C. eod. titul. Natta confi. 266. nu. 19.  
 ubi citat dictum Philosophi, quod sermones  
 in generali sunt faciliores, at in particulari  
 ueriores.  
 64 † Non omitto pariter, quod dictæ coniectu-  
 ræ negatiuæ sunt, & ob id prohibitiuæ, quod  
 prælegata ueniant in fideicommissio, meritò  
 præualere debent allegatis in contrarium, quæ  
 sunt affirmatiuæ, prout in simili casu conclu-  
 dit Bar. in l. 3. §. liberti. ff. de suspic. tuto. ubi  
 concludit, quod quando concurrunt duæ regu-  
 læ una negatiua, & altera affirmatiua, præ-  
 ualet negatiua, sequitur Dec. in l. emanci-  
 pata. nume. 24. C. qui admit. in consilio tertio  
 nume. quarto. & consilio 567. columa 2. dixi  
 in l. qui se patris. nume. 444. C. un. lib. sed  
 etiā magis particulariter respōdeo, nō esse ue-  
 rum

rum in facto; q̄ ista prælegata absorbeant maio-  
 rem partem hæreditatis paternæ, si conferatur  
 cum diuisione facta inter Dionysium & Hiero-  
 nymū, ubi longè plures domus & terræ nume-  
 rantur, quæ non continentur in dictis prælega-  
 tis. Et ita mihi pro comperto supponitur, qua-  
 re cessat illud obiectum, quod in facto; ubi fun-  
 65 datur, non iustificatur. † cum ex facto ius oria-  
 tur. l. si ex plagis §. in cliuo. ff. ad leg. aqu.  
 Ad secundum dico, q̄ ego non uideo substi-  
 tutionem fuisse factam uerbis generalibus; sed  
 indefinitis tantum. Dixit enim testator. Si ali-  
 quis dictorum filiorum suorum decesserit in  
 pupillari etate; uel quando cunq̄ sine filiis, sic  
 decedenti substituit uulgariter, pupillariter &  
 per fideicommissum; nec dixit, in omnibus suis  
 bonis, nec in tota eius hæreditate, nec aliis uer-  
 bis generalibus; aut uniuersalibus usus fuit.  
 66 † sed simplicibus & indefinitis tantum, quæ ta-  
 li casu non equipollent uniuersali, iux. not. per  
 Soc. in d. §. quidam liberis. nu. 12. quem dedu-  
 cit & sequitur Ceph. confi. 239. num. 42. & ubi  
 æquipollerent uniuersali, uenirent intelligenda  
 de omnibus aliis bonis, de quibus in institui-  
 tione, non aut de prælegatis per superius dicta.  
 Circa tertium, non uideo, q̄ Ias. hoc dicat in  
 d. l. cum uirum, & ista, quæ de prælegatis, an ue-  
 niant in fideicommissio, propriè loquitur de fa-  
 ctis hæredibus uel pluribus, & postea gra-  
 uatis, in qua uariè concluditur secundum di-  
 uersitatem casuum & uerborum, & prout ex su-  
 prædictis patet; secundum que nos in opinione  
 negatiua uersamur. Et ita remanet soluta du-  
 bia domini commissarii.

Hippolytus Riminald. Ferrar.

Pro magnificis fratribus de Bona-  
 cossis.

ARGUMENTVM.

Nunquid in calculanda legitima filiorum de-  
 beat attendi ualor bonorum auctus cursu tē-  
 poris post mortem patris, uel qui erat quan-  
 do mortuus est, latè & subtiliter disputatur.  
 S V M M A R I V M.

- 1 Legitima dicitur quota bonorum & de corporibus  
 hereditarijs debetur.
- 2 Commodum & incommodum rei spectat ad eum cui  
 res debetur.
- 3 Quota bonorum in legitima debet attendi.  
 Sed quomodo declaratur. 46.
- 4 Filius grauatus alienare potest usque ad legitimam.  
 Nec heres uniuersalis petere potest quod bona redimā-  
 tur aut præsterur estimatio, præsentis temporis si  
 minus ualebant quando fuerunt alienata. 5.
- 6 Uxor grauata pauperibus dare quicquid de fructi-  
 bus supererit ultra uictum, non tenetur de fructi-  
 bus dotis dare.  
 Quod qua ratione procedat declaratur. 53
- 7 Legitima inspicitur tempore mortis respectu quan-

- titatis, secus qualitatis.  
 Sed contra per auctorem. 58. 59.
- 8 Legitima si filio fuerit assignata in uita patris equi-  
 ualens, & postea pater auerit facultates, filius co-  
 mortuo potest petere supplementum.  
 Sed contra plures ut per auctorem. 60.  
 Et potissime si sine facta hæredum fuerint aut a. pu-  
 ra per alluionem. 62.
  - 9 Intellectus. l. in lege sal. §. corpora. ff. ad leg. sal. 63.
  - 10 Legitima debetur filio secundum ualorem bonorum  
 tempore mortis patris non postea.  
 Et ita plures tenent cumulati. 11.  
 Et melius confirmat Bertrand. 12.  
 Et est communis. 38.  
 Rationem Castrensis adducit. 13.  
 Aliam Ias. & Corrasius. 14.  
 Duas quoque pulchriores auctores. 15. 17.
  - 13 Augmentum superueniens in re legata legatario  
 post mortem sibi prodest, & de ratione.
  - 15 Significatio propria sumitur à diffinitione quoties  
 cessat auctoritas.
  - 16 Legitima diffinitio unde colligitur.
  - 17 Legitima transmittitur ad quoscunq̄ heredes.
  - 18 Iura cōditionalia nō transmittuntur ad suos heredes.  
 Reiecta Glo. in l. si cui. ff. de acti. & obliga. 19.  
 Et est communis opi. 20.
  - 21 Lex in ratione. 2. & lex in quantitate. ff. ad l. sal.  
 procedant etiam in legitima.
  - 22 Argumentum de legitima patroni ad legitimam si-  
 ly procedit.  
 Reiecta cuiusdam responsione. 25  
 Et intellectus Bertrandi iuribus que ad id citantur  
 dato. 23.
  - 23 Intellectus. l. etiam §. si. & l. si patronum ex debita.  
 §. si. ff. de bon. liber.  
 Quibus inquit Cur. quod uniuersus orbis nō respon-  
 deret. 24.  
 Et menti non exeundos Romanus.
  - 25 Legitima detrahitur contra uoluntatem defuncti,  
 & est communis. 26.
  - 27 Lex serui qui. ff. ad leg. sal. & lex si patronum ex de-  
 bita. §. si. ff. de bon. lib. reputantur contrarie.  
 Solutio, Ias. in reprobatur. 28.  
 Nec alia Corrasius placet auctori. 30.  
 Nec sententia Glossæ. 31.  
 Nec Alexandri. 32.  
 Sed aliam Cumani probat auctor. 33.
  - 29 Iason in auct. nouissima. col. 2. C. de inoff. test. infide-  
 liter Salycetum refert.
  - 33 Intellectus. l. si patronum. §. si. ff. de bon. liberto.
  - 34 Intellectus. l. serui qui. ff. ad leg. falcid.
  - 35 Limitatur quid facilius quàm tollatur.
  - 35 Donatio omnium bonorum præsentium & futuro-  
 rum non ualet.  
 Et est communis opinio. 36  
 Secus si facta fuerit simpliciter de omnib. bonis. 37
  - 37 Opinio communis illa dicitur qua plurimum nime-  
 ro fulcitur.
  - 39 Socijs omne lucrum communicatur.
  - 40 Filius in legitima uiuente patre nullum ius habet  
 nec spem probabilem.

- Nec alienata per patrem bona fide potest eo mortuo reuocare. 41.*  
*Nec filius releuatur a satisfando quia pater habeat immobilia. 42.*
- 43 *Legitima non augetur ex bonis obuentis hereditati paterna.*  
 44 *Tempus limitatum alterius functione non recipit.*  
 45 *Incrementum locum non habet in rebus limitatis.*  
 46 *Quota bonorum respectu legitime consideratur ne dum respectu quantitatis sed etiam qualitatis.*  
 47 *Alienata per filium computantur in legitimam. 48*  
 49 *Vigilantibus iura subueniunt & impeditis non autem negligentibus.*  
 50 *Mora semper debet esse nocua.*  
 51 *Fideicommissarius, an recuperare potest partem rei alienata per filium pendente conditione fideicommissi.*  
 51 *Filius prouocare potest fideicommissarium ad diuisionem ut suam legitimam consequatur pendente conditione fideicommissi.*  
*Et petere separationem bonorum. 52.*  
 53 *Dos mulieris ab initio fuit. & in eius dominio naturaliter permansit.*  
 54 *Testatur quis de suis non de alienis.*  
 55 *Legitima dicitur incerta ratione loci & quorae. Nec pro ea filius vnquam rem sibi eligere potest. 56.*  
 57 *Dispositio non comprehendit id de quo specialiter disponi non potuisset.*  
 58 *Filio imputatur si mortuo patre statim legitimam non petijt.*  
*Ideo augmentum valoris damno suo cedit. & hanc de lucro.*  
 59 *Bal. conf. 20. in anti. incistater et male locutus fuit.*  
 61 *Legitimam quando pater assignat filio tunc mori videtur pater.*

Auxilium meum a Domino.

CONSILIVM CXLVIII.



**I**N presenti causa magnificorum dominorum fratrum de Bonacofis, quorum aduersarii contendunt detrahere posse legitimam in bonis olim domini Alberti testatoris non habita ratione, quod bona cursu temporis aucta fuerint in valore, quia tale augmentum cedere debet eorum commodo. Contrarium verò prætendunt dicti fratres, videlicet; quod augmentum sit suum, & aduersariis assignari debeant tot bona valoris legitimæ tempore mortis testatoris. Exempli gratia, si bona valebant scutis nouem; & ideo legitima valebat scutis tribus; assignari debeant bona valoris scutorum trium; quæ bona tot non erunt, ut tunc fuissent, cum minus valerent: sed respectu valoris erunt æquialentia. Queritur quæ eorum deat obtinere.

Et prima consideratione videtur, quod aduersarii iustitiam foueant ex doctrina Cornei conf. 263. col. 3. vol. 2. quem sequitur Grat. resp. 79. nu. 24. vol. 2. & Bertrand. consil. 141. volum. 2. priorum 3. quasito. t. Mouetur Corn.

quia cum legitima sit quota bonorum, & de corporibus hereditariis debeatur, si æstimatione rerum augetur, debet augeri filio, cui legitima debetur, sicut contingit in habentibus res communes, quarum incrementum non vni magis quam alteri ascribitur.

2 t. Secundo, quia quædam alicui debetur aliqua res commodum & incommodum æstimationis rei meliorata, vel deteriorata cedit illius lucro vel damno; quia res illa præstari debet non æstimatione, merito filio quoque, vel hæredibus suis res pro legitima sua præstari debent prout sunt non habita consideratione presentis, vel præteritæ æstimationis.

3 t. Tertio mouetur Bertran. quia diminueretur quota bonorum, si attendereur ob varietate temporum, merito non illa sed res attendi debent, de quarum substantia legitima debetur.

4 t. Quarto confirmatur; quia filius grauatus poterat alienare vsque ad legitimam, & in alienata eam eligere, siue alienata in eam computare. l. Marcellus. §. res que ff. ad treb. Rube. conf. 34. nu. 5. Iaf. conf. 161. vol. 4. t. vbi per hoc infert, quod hæredes vniuersales petere non possunt; quod bona redimantur, aut quod præstetur æstimatione presentis temporis, si minus valebant, quando fuerunt alienata: quia cum filius iure permitte alienauerit, pati non debet aliquod damnum l. Graccus C. de adult. quod vtique pateret si teneretur soluere æstimationem presentis temporis, quam non habuit, igitur & bonis non alienatis idem iuris esse debet, vt commodum augmenti cedere debeat ad beneficium filii, vel suorum hæredum, non autem fideicommissarii.

6 t. Quinto facere videtur doct. Cast. in l. peculium, in princ. ff. de pecul. quam latius exornat Socin. lun. consil. 170. numer. 9. volum. 2. vbi dicit, quod si vxor fuerit instituta, & grauata pauperibus dare, quicquid de fructibus sibi supererit ultra victum, statim adeundo videtur deduxisse dotem suam, & ob id eius fructus non tenentur pauperibus dare, licet ultra victum suum superent: Sic enim videtur dici posse, quod filius adeundo statim videatur legitimam sibi debitam deduxisse, merito commodum augmenti postea factum debet esse suum.

7 t. Sexto videtur ad stipulari doct. Bal. conf. 20. si pecunia. vol. 2. in antiq. quem sequitur Fabia. de Chioc. in auth. nouissima. q. 8. prin. nu. 74. C. de inoff. test. vbi loquendo de legitima, dicit, quod inspicitur quantitas bonorum tempore mortis, sed qualitas eorum tempore quo petit, quod nihil aliud est dicere, nisi, quod si bona fuerint aucta in quantitate post mortem patris, puta quia tres erant fundi, & alius accessit rei vindicatione, vel aliter, id non attenditur, sed si tres illi fundi tempore mortis minus valebant, cum verò petitur plus valent

valent, qualitas illa maioris valoris attenditur ad fauorem filii, & ita cedere debet augmentum illius commodo.

8 Septimo videtur adduci posse Doct. Bal. in c. cum M. Ferrariensis, volentis; quod si pater in vita legitimam filie assignauerit, tunc facultatibus suis æquivalentem; quæ postea dum vixit, aucte fuerunt, potest filia, eo mortuo petere supplementum ratione augmenti postea facti, idemque voluit Bal. in l. pactum 6. oppos. C. de colla. Ange. Roma. & Imol. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. Castr. & Alex. in l. in ratione. 2. ff. ad leg. falc. Luc. de Pen. in l. 2. circa fin. C. de præd. & om. reb. nauic. lib. 10. Iaf. in auth. nouissima. col. 3. C. de inoff. testa. vbi dicit, doctrinam Iacobi Butri. in d. l. pactum. contrariam esse, communiter reprobata. idem tenet Iaf. in l. quod Seruius. nu. 12. ff. de cõd. ob caus. Eamque communem testatur Andr. sicu. in d. c. cum M. Ferrar. nu. 160. & tenet Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Soc. conf. 100. col. 4. Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. centuria secunda casu. 149. nu. 18. & communem magis attestatur Ferdinand. Vasqui. lib. 2. de succes. crea. §. 18. nu. 83. sicut & Viui. in suis cõmunibus opi. in verbo legitima, ad finem. Quare pari modo videtur dicendum, quod si post mortem patris augmentum fuerit sublequutum, filius, qui consequutus fuit legitimam, vel consequi debuit tempore mortis paternæ, possit illud augmentum petere, vel heredes sui illud habere in deductione ipsius legitimæ, & per cõse quens non deat cedere lucro fideicommissariorum.

9 t. Octauo & vltimo videtur esse textus pro hac parte in l. lege falcidia hoc seruandum. §. corpora ff. ad leg. falc. vbi in consideranda falcidia hæredi debita de legatis, dicitur; quod si quæ sunt corpora in bonis defuncti, æstimanda erunt secundum præsens precium, non autem præteritum, vt ibi per glo. Sicut ergo augmentum valoris cedit commodo hæredis, cui debet falcidia, pari modo videtur dicendum, quod augmentum valoris cedere debeat commodo filii, cui debetur legitima. Et hæc sunt quæ pro aduersariis adduci possunt longè latius, quam in dubiis proposita, ac locupletata, vt veritas magis atque magis elucescat.

Quibus tamen non obstantibus longè probabilior est intentio dictorum fratrum de Bonacofis, & pluribus auctoritatibus, rationibus ac legibus suffulta, crebriusque per scribentes recepta. t. Nam quod attinet ad auctoritates, fouet eorum partes in terminis Bald. conf. 19. punctus quæstionis super quo. volum. 2. in anti. secundo quæsito, quod est conf. 22. vol. 4. in nouis. vbi loquitur de filia, cui fuerat relicta. 50. pro legitima sua, eaque steterat per annos triginta nil petens, postea supplementum petebat, quærebatur, in cõsiderando nunquid quantitas sibi relicta ascenderet ad debitum, hoc est ad legitimam suam, cuius temporis deberet ha-

beri ratio æstimationis bonorum, cum tractu temporis rerum prætia fuissent aucta. Et respondet, inspicere debere tempus mortis testatoris t. ergo vult clarè Bald. augmentum valoris bonorum non cedere commodo filii legitimam petentis, sed hæredis instituti. Idemque tenent pulchrè Cast. & Ale. in l. in ratione. 2. ff. ad leg. falc. & Castr. in l. in quantitate. in princ. ff. eo. Roma. singu. 127. volo tibi vnum dicere. Iaf. in auth. nouissima 2. not. C. de inoff. test. latè Cur. conf. si. col. 3. vsque in fi. Soc. conf. 22. ad fi. vol. 3. Paris. conf. 45. col. pe. vol. 2. Cagnol. in l. Pap. §. quarta, nu. 8. ff. de inoff. test. Rip. in l. in quartam. nu. 46. ff. ad leg. falc. Natta conf. 156. nu. 6. Cur. lu. conf. 21. nu. 14. vbi sequitur ad vngue Curtium suum auunculum in d. conf. si. Anch. Iun. in 1. par. quæstionum suarum familiarium q. 51. nu. 10. Coraf. in l. filium, quem habentem 2. col. 4. C. famil. ercisc. t. & pulchrè confirmat Bertran. conf. 33. illud est certum. vol. 2. posteriorum, vbi considerat in æstimanda legitima peritos antiquos eligendos esse; qui possent habere notitiam de valore rerum secundum valorem bonorum non qui est hodie, sed qui fuit tempore mortis patris per l. cum quæritur, C. de inoff. test. quod alia ratione non dicit, nisi quia augmentum valoris postea factum non pertinet ad filium, alioquin non esset opus hac indagine peritorum antiquorum, scientiaque valoris bonorum præteriti temporis, sed satis esset peritis etiam iunioribus, qui secundum tempus præsens æstiment bona, & cum prædictis etiam concordat Por. Imol. conf. 92. nu. 97. volens, quod in taxanda legitima deat considerari qualis fuerit æstimatio patrimonii tempore mortis, igitur augmentum bonorum postea cõtingens attendi non debet. Idemque Cro. conf. 120. nu. 15. Curtiū secutus in allegato conf. si. si cut & Alci. resp. 396. eiusdemque sententiæ fuit Natta conf. 156. nu. 6. dicens quod legitima debet tempore mortis defuncti, & iuxta illud tempus fit eius æstimatio, licet alio tempore plus vel minus valerent bona defuncti. per d. l. cum quæritur, ibi mortis tempore. C. de inoff. test. cum simi. de quibus p. e. sicut et sentit Fed. Scot. resp. 1. lib. 5. nu. 9. dicens quod tempus mortis inspicitur in in eadem ratione legitime & quanti sunt facultates præsentis cum moritur, quod arguit earum valorem alio tempore spectadū non esse, & idem concludit Rip. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 38. ad fi. de conf. vbi loquitur, quando post mortem præsentis aucte fuerunt facultates sine facto hæredū, puta per alluionem, citatque Curtium in d. cõf. si. qui loquitur de auctis cursu temporum in valore: quia minus valebāt terrena vel edificia tempore mortis præsentis quam postea, quædo legitima petit, demumque Ceph. idem sentit conf. 142. nu. 20. dū dicit, quod respectu calculationis legitime spectatur tempus mortis, quo potest succedi & quo debetur legitima. Ergo non attenditur aliud tempus in ea calculanda, puta si plus valeant bona.

A. 2. 4. C. 2. 9. 2.

Patet igitur, ne sim prolixior in hoc, q̄ ista conclusio plurimū doctorum auctoritate munitur, quā pro contraria parte com in eam tres adducantur & pro hac sint 12.

13 † Secundò, vt ad rationes descendam, Castr. adduco in d.l. in quantitate, vbi miratur, quid in causa sit, q̄ sicut augmentum superueniens post mortem, quod habuit originem in vita legatarii prodest, vt augeatur legatum, non ita profit filio, vt augeatur legitima, cum sit magis debita filio, q̄ legatū legatario, deinde respōdet reddens rationem diuersitatis; quia legitima debetur filio contra voluntatem defuncti, legata verò secundum illam: sufficit ergo patri satisfecisse legis dispositioni relinquendo legitimam de eo, quod habebat tempore mortis; quia de illis tenebatur relinquere, dicta l. cum quæritur. Vnde cum sit liberatus, non reincident in obligationem, nec ipse, nec hæres suos propter augmentū superueniens, de quo non habebat cogitare. Sed hæc ratio cessat in legatis, quia voluntas defuncti fuit, quod integra legata soluerentur, vnde posito, quod si falcidia imminerebat, hæres non teneretur, durabat tamē obligatio, & voluntas defuncti. ideo si superuenit augmentum, ampliatur illa voluntas, ex quo lex sibi non resistit.

14 † Tertiò Ias. in auth. nouissima. not. 2. C. de inoff. test. mouetur & alia ratione, quia nunquam legitima filii esset limitata, si secus diceremus, quia semper posset augeri valor rerum patris, ideo videtur, quod limitatē debeat attendi tempus mortis patris.

Quartò hanc rationem plenius confirmat Corrasius in d.l. filium, quem habetem. & quā ascribit Castr. in d.l. in ratione, licet in meo libro Castr. eam nō ponat nam si superueniens augmentum spectaret ad filium, semper esse minus incerti, quanta esset legitima sua, posset enim minui, vel augeri plus, aut minus valor bonorum, meritò propter euitandam incertitudinem dici debet tempus mortis attendi debere, nec augmentum superueniens inspiciendum pro filio.

15 † Quintò præter alios non omitto, rationem pulchram adferri posse, nam propria significatio rei sumit à diffinitione, quocies cessat auctoritas legis, vt declarat Bart. in l. omnes populi. nu. 59. ff. de iur. & iur. & diffinitio legitimæ coligitur. ex d. S. quarta. iunc. d.l. quæritur † q̄ sit quarta pars eius, quod superest de bonis defuncti tempore mortis suæ deducto ære alieno funeris impensa, ac feruis libertate donatis, vt etiam sumando declarat Cagn. in d. S. quarta; sed augmentum, quod fit processu temporis post mortem defuncti, non erat in bonis eius tempore mortis suæ, meritò sub legitima filio debita contineri non debet; nec ad commodum filii cedere.

17 † Sextò non omitto pariter rationem aliam, non minus superioribus ingeniosam. Nam le-

gitima, licet non agnita per filium transmittitur ad quoscunq̄e illius heredes, vt ponit Bal. in l. 2. vlt. q. C. de liber. præter. Salyc. in l. scimus, in princ. C. de inoff. test. & ibidem Ias. & in l. si arrogator. nu. 18. ff. de adop. Alex. conf. 54. col. 3. vol. 2. Soc. conf. 92. ver. circa secundam volum. 1. Boer. decif. 250. colum. 3. sub nume. 4. Dec. conf. 218. nu. 4. Crau. conf. 312. nume. 5. Rol. à Val. conf. 78. nu. 6. Ascan. Clemens in tract. de patr. potest. effect. 16. nu. 49. Natta conf. 238. nume. 4. † at quæ conditionalia sunt, non agnita per filios non transmittuntur ad suos hæredes, vt voluit gloss. notab. in l. vnica. C. de his, qui ant. aper. tab. quam communiter receptam dixit Io. Durant. de art. test. titulo. 5. caut. 23. Rube. conf. 58. nume. 3. conf. 35. colum. 3. conf. 104. col. 2. Dominus meus Rimin. conf. 183. nume. 12. Dec. conf. 416. ad fin. & conf. 417.

19 † vbi dicit aliam glo. contrariam in l. is cui. ff. de act. & oblig. esse communiter reprobam. Castr. in l. cum filio. ff. de leg. 1. colum. pe. Alex. in secundo præmissio. Ias. in 4. notab. Ripa nu. 11. Bal. conf. 115. duplicato conf. 146. volum. 5. Soc. conf. 74. col. 1. vol. 4. Dec. conf. 463. col. 3. conf. 515. in prin. & conf. 574. Ruin. conf. 181. conf. 183. vol. 11. conf. 122. nu. 3. conf. 136. nu. 55. conf. 152. vol. 3. Paris. conf. 3. nu. 37. volum. 1. conf. 70. nu. 7. volum. 2. conf. 75. nu. 21. conf. 77. nu. 1. eo. vol. † Ceph. conf. 32. qui communem testatur & post eum Rol. à Valle conf. 46. col. 1. vol. 3. & huius qualitatis est augmentum non existens tempore mortis patris; quia pendet à futuro euentu, nunquid tractu temporis augebuntur bona; plusquam valebunt, meritò non transmittitur nec debetur filio, nec hæredibus suis, ideo in deductione legitimæ illius aliqua ratio haberi non debet ad fauorem eorum.

21 † Septimò, vt ad leges hanc opinionem confirmantes transitum faciam, citatur tex. in l. in ratione secunda, & in l. in quantitate. in principio. ff. ad leg. fal. quibus vniformiter dicitur, q̄ augmentum cedit hæredis commodo in deductione falcidiæ, non autem legatario prodest; quia tempus mortis inspicitur. Hinc enim Castr. & Alex. ibidem. inferunt, idem dici debere de legitima. Nam si patrimonium patris augeatur post eius mortem, non tamen augeatur legitima, nec illud augmentum attenditur, vt profit filio. Exemplum. si patrimonium valebat 300. sicque legitima erant 100. minusque relictum fuit. Vnde supplementum petebatur, hæres autem paratus erat dare 100. filius verò dicebat nunc bona valere 600. ideo petebat 200. certè tale augmentum non attenditur ad commodum filii, quia tempus mortis inspicitur, vt ibi dicitur. Vnde sicut hoc casu legatarius debet esse contentus suo legato, prout erat tempore mortis testatoris, pari modo debet filius esse contentus sua legitima, prout erant bona tunc.

Com-

22 † Comprobant etiam hoc magis in terminis tex. in l. etiam. S. si. & in l. si patronum ex debita. S. si. ff. de bon. lib. vbi priore loco loquendo de legitima patroni, dicitur. Debitam autē partem eorum, quæ cum moritur libertus habuit, patrono damus; mortis enim tempus inspiciunt. secundò verò loco dicitur. Si libertus patrono dederit debitam portionem, nihil ultra debetur ei, si seruis reuersus ab hostibus auxerit patrimonium, vel fundus alluione creuerit, cum satisfactum sit ei ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt, sicut igitur augmentum non credit ibi commodo patroni petentis legitimam, nec filio cedere debet, sicque reperio quòd de illa legitima debita patrono ad debitam filio per illa iura Scottus arguit in dicto 1. responso Tomo 1. lib. 5. nu. 9.

23 † Nec quicquam releuat responsio, quam dare conatur illis iuribus & consimilibus Bertr. in d. conf. 141. quòd de bonis loquuntur, non autem de eorum valore & æstimatione, quoniam cum de parte debita patrono loquantur, fateri necesse est, bona debere æstimari aliter sciri non posset, an patronus debitam partem haberet. Nam licet esse posset, quòd tot iugera terrarum haberet, quæ habito respectu ad totum facerent tertiam partem iugerum, puta de 30. 10. tamen fieri posset, quòd vnum quodque illorum iugerum minoris esset valoris residuis, sicque debitam partem non haberet; licet enim quòd ad numerum iugerum congruam partem habere videretur, non tamē quòd ad valorem haberet. Vnde vana redditur responsio 24 Bertrandi † verificaturque quod inquit Cur. in d. conf. si. col. 3. quòd dictis iuribus non responderet vniuersus orbis, sicut & illos egregios, & nunquam ex eundis de mente reputat Roman. in allegato suo singul. 127. & optime probare dixit Corras. in dict. l. filium quem habentem.

25 † Nam nec probare possum cuiusdam licet egregii doctoris responsonem, quam dabat illis iuribus, dum secum contenderem in alia causa, quòd procedant in legitima, quæ deducebatur contra mentem testatoris, at secus in casu nostro, quando filius fuit institutus, & fidei commissio grauatus, per l. serui qui. ff. ad leg. falc. Nam passim Doctores dicunt, legitimam detrahi contra voluntatem defuncti, cum filio, vel patrono debeatur ex obligatione legali, & ob id odiosa reputat. ita Sal. in l. scimus S. repletionem. C. de inoff. test. Castr. in d.l. in quantitate. & Alex. in d.l. in ratione. Ias. in d. auth. nouissima. col. 2. Cur. in d. conf. si. col. 4. & Rip. in d.l. in quartam. nu. 46. cum sequenti, † vbi dicit, quòd communis est opinio, quòd etiam hodie quarta legitimæ detrahatur contra voluntatem, & cum prædictis etiā concordat Ascan. Clem. in tract. de patr. potest. effect. 16. nu. 27. post Ias. in l. si Titio. S. scuti. nu. 10. ff. de leg. 1. & lex serui qui. tendit ad aliud, vt mox dicam,

super qua pariter considerandum est.

27 † Nam contraria reputatur ex diametro. l. si patronum ex debita. S. si. ff. de bon. lib. vbi videmus nō attendi tempus præcedens in seruis liberti existitibus in captiuitate, & reuersis post eius mortem, licet fictione postliminii fingantur in ciuitate semper fuisse penes eum. Vnde deberent ampliari bona liberti, vt maiorem legitimam patronus consequeretur, cuius tamē contrarium deciditur ibi. At in l. serui qui, contrarium dicitur, videlicet q̄ serui, qui apud hostes sunt post mortem testatoris reuersi, locupletior rem faciunt hereditatem, sicque maiorem falcidiam detrahit hæres legatis oneratus.

28 † Nec ad illum tex. procedit solutio Ias. in d. auth. nouissima, col. 2. post Salyc. in l. scimus. S. repletionem. ad fi. C. de inoff. testa. q̄ illud procedat in falcidia, quæ procedit ex voluntate testatoris ita legantis; namque immo falcidia detrahitur contra mentem testatoris l. Titia. in fi. ff. ad leg. fal. ibi. Quoniam contra sententiā matris fam. lex falcidia induceretur. & tradit 29 Coras. in d.l. filium, quem habentem. † quin etiam Ias. infideliter refert Salycetum, qui id non dicit, sed quòd legata debentur ex voluntate testatoris, ideo lex facilius imputat augmentū in hereditate, & falcidia instituti, vt in d. l. serui qui; quæ declaratio periculosa est respectu falcidiæ, quæ aduersatur voluntati defuncti, vnde non deberet augmentum ei prodesse, sicut nec prodest legitimæ patroni in d. S. si. quæ pariter est contra voluntatem defuncti.

30 † Nec etiam satisfacit solutio Corrasii in d. l. filium, dicentis, illud esse, quia illud augmentum obuenerat ex causa, quæ suberat tempore mortis. Nā & idē erat in d. S. si. cū vtrobiq̄ loquatur Iur. conf. de seruis captiuis post mortem reuersis, & sic qui fictione postliminii reputant semper fuisse in ciuitate penes testatorem, & tamen in d. S. si. nō profunt legitimæ patroni, sed in d.l. serui qui. benè profunt falcidia.

31 † Non placet etiam, q̄ Gl. in d. S. si. citauerit d. legē serui. pro concordanti: quia (vt inquit Alex. in d.l. in ratione) sicut in d. S. si. seruis reuersus ab hostibus non redundat ad commodū maioris deductionis legitimæ, ita nec in d. l. serui. crescit deductio falcidiæ de legatis ob reuersionem serui. Quoniam repugnant verba tex. dicentis, q̄ serui qui apud hostes sunt post mortem testatoris reuersi, quod ad falcidiā pertinet, locupletiorē faciunt hereditatem, hoc est, augent hereditatem ad comodum heredis, qui maiorē consequitur falcidiā. Si. n. voluisset dicere Paul. q̄ deductio falcidiæ nō cresceret, melius staret tex. cum negatiua hoc modo. Serui post mortem reuersi, quod attinet ad falcidiā locupletiorē non faciunt hereditatem & non reputantur in hereditate, & ob id non inde maiorem falcidiam consequitur hæres, quā si 32 non essent reuersi † Quòd verò subdit aliter Alex. in d.l. in ratione. dici posse, aliud esse in

falcidia, de qua loquitur lex serui, aliud in legitima, de qua S. si. quia differunt in multis, ut not. in l. in quartam. ff. ad leg. fal. nihil est, cum nos in incerto relinquat, & ambiguos satis.

- 33 † Quare reiectis omnibus ambagibus mihi placet vnum verbum Cum, in d. l. serui. ex quo realis solutio deprehendi potest, ut dicamus, q. in d. S. fin. illud ibi dicitur, de seruo reuerso ab hostibus, qui patrono non prodest, quod ad hoc, ne detur ei contra tabulas, quæ habet instar querelæ. Nam si ob auctum patrimonium liberati ex reuersione serui, patronus non diceretur habere integram legitimam ex eo, quod sibi libertus reliquit, contratabularet testamentum liberti, & illud in totum subuerteret, merito quia illud odiosum est, fauorabile verò testamentum conseruari & locum habere l. vel negare, ff. quemad. testa. aper. ideo dicitur ibi, quod patronus non potest propterea queri, q. minus habeat in seruo & sicque seruus ille, qui auget patrimonium, non auget ad commodum patroni, ne testamentum subuertatur in totum
- 34 † at in casu legis serui qui. non agitur de patrono, sed de legatis ab hærede relictis, & de seruis post mortem testatoris reuersis, qui respectu falcidiæ locupletiores faciunt hereditate, ut sic maior falcidia detrahatur; quia per hoc non subvertitur in totum testamentum nec illud querelat hæres, sed modificat supleno, qd sibi deficit ad integram falcidiam. † facilius enim quid modificatur, quam quod tollatur, ut not. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi glo. & Docto. quibus addi potest illud exemplum de libera testandi facultate, quæ in totum tolli non potest, sed restringi sic. Nam si fiat donatio omnium bonorum presentium & futurorum. non valet, quia tollit liberam vim testandi, ut not. Bar. Castr. Alex. Ias. & ceteri in l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig. maximè Crot. & Ripa, qui communem testatur. Bar. Castr. Alex. Ias. & D. meus Rim. vbi quoque latè Cagnol. in l. fin. C. de pac. Dec. conf. 251. in prin. conf. 488. nu. 2. Grat. respon. 10. vol. 1. Rol. à Val. conf. 65. in princ. volum. 1. post Cur. Iun. conf. 25. colum. 2.
- 36 † dicentem hanc esse communem doctorum sententiam à qua nullatenus in iudicando est recedendum. † tamen si fiat donatio omnium bonorum simpliciter valet; quia non comprehendit futura. l. si ita. ff. de aur. & argen. leg. vel etiam futurorum reseruatò vsu fructu, quia de illis & eo donans testari potest, ut voluit Abb. conf. 102. colum. 2. volum. 2. vbi dicit ita tene re omnes legistas. Alexan. & Ias. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig. Aret. conf. 54. col. pen. Soc. conf. 126. col. fi. vol. 2. Bertrand. conf. 168. col. 2. conf. 173. & conf. 175. col. 3. vol. 1. conf. 138. num. 19. & conf. fi. vol. 2. Ripa responso 14. col. 2. in 3. part. Socin. Iun. conf. 143. col. 3. uol. 1. & sic non tollitur hoc casu testandi ius, sed restringitur, ut latius ego dixi in sit. de dona. in princ. nu. 27. cum sequentibus.

Patet igitur (ut ad rem nostram redeamus) iura non deficere: quibus optimè probatur hæc conclusio, quod augmentum superueniens post mortem cursu temporis, non profit filio in consequenda maiore legitima, sed illud hæredis commodo cedit, & ad eum pertinet.

- 37 † Octauo & ultimo, quod magis recepta sit hæc opinio iam patet ex longè pluribus auctoritatibus, quæ reddunt illam communem. Nam illa dicitur esse cõis opinio, quæ plurium doctorum auctoritate iuuatur, seu quæ habet plures doctores pro se. l. 1. S. & sanè crebrior. & ibi Bal. ff. de offi. quæst. l. diui fratres. circa medium, in verbo plurium iuris auctorum. ff. de iur. patro. c. noui. in verb. opinio à pluribus approbata. & ibi not. Buttr. & Abb. de verb. signi. Ias. in l. re coniuncti. num. 142. ff. de leg. 3. & in l. si quis mihi bona S. iustum. nu. 14. ff. de acqu. hære. Gomef. in proëmio regularum Cancellaria. 2. q. 4. fundamento. Ant. M. Corratius in præfatione tractat. com. opin. nu. 3. † sed & vltèrius hoc adfirmat Cur. in d. conf. fi. dicens ab ista communi opi. in iudicando non esse recedendum, idemque testatur, Paris. in d. conf. 451. vol. 2. pariè modo Ias. inquit in d. auct. nouissima, col. 2. neminem discrepare, quod si bona patris, vel eorum valor augetur post mortem patris, non per hoc augetur legitima filiorum, qui sanius locutus fuisset si dixisset, neminem ferè discrepare propter aliquos contrariū tenentes supra relatos, quos tamen, ut tunc non impressos videre non potuit excepto Baldo. sed de his parum curandum est, quia longè plures sunt in oppositum.

Et ita remanet vnde quaque fundata hæc conclusio contra filiū, quam tenendo non obstant contraria. † Et in primis prima ratio Cornei in allegato conf. 265. col. 1. nam similitudo per eum tradita de habentibus res cões non bene conuenit filio, probatur. Nam omne tempus semper est proficuum sociis, dum durant in cõmuniõne, quod omne lucrū sit cõe. l. coiri. l. si non fuerit. ff. pro soc. & ob id augmentum contingens in re cõi communicatur vtrique non autem magis vni, quam alteri; sed in legitima secus est, nam quodcumque tempus non est proficuum filio, nec ad eius fauorem considerabile † patet in tempore, dum viuunt pater, respectu cuius nullum ius, nec spes probabilem dicitur habere filius in legitima. l. 1. S. si impuberi. ff. de coll. bon. ibi. Præmatura enim est spes, & ibi declarat Bartol. in auth. si qua mulier. c. ca. fin. C. de sacrosan. eccle. & in l. lex Corn. & ibidem Bald. Ang. Imol. ceterique, ff. de vulga. & pup. Ias. in l. is potest. colum. 4. ff. de acqu. hære. Aret. in l. quia poterat. col. pen. ff. ad treb. & conf. pe. colum. 3. Dec. in l. si. nume. 14. C. de pact. conf. 19. col. pe. conf. 438. nu. 13. Corfe. in sing. verb. legitima. Soc. in fallen. suis sub regu. 288. & dixi Insti. quibus alie. lic. vel nō, in prin. nu. 264. & nunc addo Duenam regu. 356. † Et ideo

- ideo si pater alienaret bona sua vendendo (modo non in fraudè filii) nec tunc, nec eo mortuo filius quicquam dicere posset respectu legitime, de quo per Bar. in l. hæreditariū. ff. de bon. aut. iud. pos. si. & in l. non vsque. ff. si quis à patre. sue. manu. Fabia. de Chio. in auth. nouissima. nu. 137. C. de inoffi. testa. & pulchrè trad. Guid. Pap. q. 486. Dec. conf. 557. num. 7. Rol. à Vall. conf. 62. nu. 25. uol. 1. † Hinc dixit Tiracquel. de utro. retr. S. 14. glof. 11. nu. 18. quod licet in filiis dicatur, continuari dominium bonorum patris, l. in suis. ff. de lib. & post nihilominus bona patris non releuant filium à satisfactione, cum multa cõtingere possint, ut ad eum bona patris non deueniant. Ideo filius non gaudet beneficio. l. sciendum. ff. qui satis. cog. & alia similiter infert Ascan. Clem. in tract. de 43 patr. potest. effec. 16. nu. 59. † quibus addo q. mortuo quoque patre, si quæ nouiter obuenerit hereditati, quibus augetur, non consideratur ad fauorem legitimæ d. l. si patronum ex debita. S. fin. sed præcisè tantum consideratur tempus mortis testatoris, aut patris, ut ibi dicitur.
- 44 & in d. l. cum queritur. † Vnde cum tempus illud sit limitatum, alterius temporis non recipit functionem. l. usufructus mihi in biennium ff. de usufr. lega. Bal. in c. licet. col. 1. de suplen. negli. prela. Ias. in aut. quæ suplic. col. 2. C. de præc. imper. offer. & ideo mirum uideri non debet, si augmentum postea superueniens non auget legitimam filiorum limitatam ad tempus mortis patris; † quia in rebus limitatis incrementum locum non habet l. in agris. ff. de acquir. domi.

Eodem modo responderi potest secundæ rationi Cornei de re debita alicui, cuius melioratio cedit eius lucro: nam limitatio temporis introducta respectu legitimæ secus operatur, quæ cessat in eo casu.

Non obstat etiam ratio Bertran. de quota quæ minueretur, si attendere æstimatio secundum uarietatem temporum. † Quoniam quota bonorum respectu legitimæ debita filio nedum consideratur respectu quantitatis, sed etiam qualitatis, hoc est q. sit tertia pars æquæ bona, & æquiualens residuo, quod fieri non potest nisi per æstimationem, ut dixi, & ideo Cur. in d. conf. fin. & Ias. id. d. auth. nouissima, intelligunt tex. in d. l. cum queritur. respectu ualoris rerum, quando dixit, inspicere tempus mortis an quarta pars bonorum relicta sit filio: hoc n. sciri non potest, nisi bona æstimentur, ut tunc ualent, ut supra declarauimus, merito quota bonorum debita filio non dicitur minui, quando minor est in eorum quantitate modo sit conueniens in qualitate, puta quia 10. iugera data filio sint tanti ualoris, quantum erant 15. tempore mortis patris sui.

- 47 † Ad quartam responderetur, quod licet uerum sit, filium fideicommissio grauatum posse alienare usque ad legitimam, & alienata in eâ

- computare, ut ex multis concludit Rip. in d. l. in quartam. nu. 120. Guid. Pap. q. 606. & iudex æquitate suadente id probare debet, puta si fuit facta alienatio ex necessitate bona fide, & de rebus non præciosioribus, ut latè ponit Dec. conf. 236. nu. 9. & 10. Rolan. à Vall. conf. 78. nu. 19. uol. 1. & Menoch. in tract. de arbit. iud. 48 lib. 2. cent. 2. casu. 163. nu. 22. † tamen considerandum est, longam esse differentiam inter illum casum, quando filius alienauit usque ad legitimam, q. alienata computentur in eâ, nec teneatur reddere illud plus, quod postea bona ualuerunt, & casum nostrum, quando nec alienauit, nec legitimam petiit, aut deduxit: quia primo casu diligens fuit filius eligendo sibi legitimam tacite per illam uiam alienationis, † & uigilantibus iura subuenire solent. l. si pupillus. ff. quæ in frau. cred. at secundo casu negligens fuit, & iura negligentibus non subueniunt, sed impeditis. l. non enim. ff. ex quib. cau. ma. l. ueteres. in fin. ff. de iti. actūque priu. cum similibus, quas citat Guid. Pap. q. 473. Alex. conf. 105. col. 2. uol. 5. merito imputari debet filio non petenti incontinenti, & statim post mortem testatoris sibi assignari legitimam arbitrio boni uiri, vnde augmentum cedere debet suo damno & lucro hæredis: quia fuit in mora, † quæ semper esse debet sibi nociua. l. locū. S. condemnatio. ff. de tab. exhib. & not. in l. uinum. ff. si cer. pet. Ita pulchrè Cur. in d. conf. fi. col. 4. in fin. cuius opinio potest optimè comprobari & confirmari ex not. per Bal. in d. l. filium, quem habentem. col. 10. uers. ulterius queritur, † ubi disputando illum articulum, nūquid fideicommissarius recuperare possit partem rei alienatæ per filium grauatum pendente conditione fideicommissi, & relatis opinionibus contrariis, tandem refert Iacob. de Belui. dicentem, quod ut omnis soluat oppositio, credit filio consuli posse ante conditionem & diem existētem: quia potest prouocare per iudiciū familiæ erescendæ fideicommissarium uiniuersalem ad diuisionem, ut legitimam suam habere possit in rebus certis, arg. l. 2. ff. fam. ercis. circa prin. cum similibus, quas allegat Bal. † & hoc etiam clarius dicit in l. iubemus. col. 2. C. ad Treb. ubi concludit, quod filius potest impetrare separationem suæ legitimæ, & assignationem, sibi fieri in certa re arbitrio boni uiri, si potest ergo filius ad separationem bonorum ad instar creditoris, ut per totum. ff. de separ. bon. & non fecit ab initio consequendo legitimam suam, sibi debet imputare nam si id fecisset augmentum postea superueniens fuisset suum, at eo non facto secus.
- 53 † Ad quintum responderetur, decisionem castrensis ad casum nostrum deduci non posse, nam loquitur in dote certa, quam constat ab initio fuisse mulieris, & naturaliter in eius dominio permansisse, ut dicit textus in l. in rebus. C. de iur. dot. item loquitur de marito, qui grauauit

uauit uxorem dare pauperibus quicquid sibi supererit de fructibus ultra victum suum bonorum ipsius mariti, unde non fuit locutus, nec intelligitur uoluisse loqui de fructibus dotis  
 54 vxoris suae, quod si quis enim de suis, non autem de alienis testatur. S. disponat, in auth. de nup. l. uerbis legis. ff. de uerb. signi. unde nimirum si mulier adeundo censetur dorem suam recepisse, uel deduxisse, ut Castr. dicit loco citato, at non idem iuris est in legitima filii, quoniam est incerta rationi loci & quotae cum dicatur deducto esse alieno d. S. quarta, sicut etiam bona intelliguntur. l. sub signatum. S. bona. l. princeps bona. ff. de uerb. sig. adeo quod dici non potest ipsum filium possidere aliquam rem, nec possessionem alicuius rei potest propria auctoritate occupare pro legitima, ut declarat Bar. in l. meminimus. C. quando. ff. qui. quar. pars debetur lib. 10. merito dici non potest, quod filius adeundo tacite uideatur suam legitimam sibi deduxisse, quod a fortiori probatur. Nam nec expressis id facere potest, unam rem sibi seligendo, ut communiter uolunt Doctores in d. l. in quartam, ubi Ripa. nu. 112. Alciat. nu. 24. & Soc. Iun. nu. 103. uers. contrariam, post Corn. & Aret. sic testatur. & abudè Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 163. nume. 16. merito nec adeundo id tacite fecisse censetur  
 57 quia sub dispositione alicuius non uenit actus qui non potuisset ab eo in specie disponi, ut not. Bar. in l. si quis sub conditione. in fi. ff. de condi. insti. Bal. in l. fin. S. in computatione, & ibi Andr. sic, in addi. ad fin. C. de iur. delib. Luc. de Pen. l. si. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in c. lect. 2. in glo. ab omnibus. de cõsti. conf. 504. col. 1. & Crauet. conf. 106. nu. 6.  
 Ad sextum respondet Cur. in d. confi. fi. col. 4. per modum proximè dictum, quod cum legitima detrahenda sit arbitrio boni iuri, & non pro libero arbitrio filii, & incerta sit ratio loci & quotae, cum dicatur esse alieno deductio, nec aliquam rem dicatur ea de causa possidere, merito sibi debet imputare, si statim mortuo patre eam non petiit, sibi que assignari fecit, ideo augmentum debet eius damno cedere, & lucro heredis: quia moroso filio mora sua nocere debet. Cum iura vigilantibus, non autem dormientibus subueniant, & ut subdit idem Cur. lex statuit, quod si augeant bona post mortem testatoris in aestimatione cedat lucro instituti heredis, ne legitima semper stare sub incerto & ut mora non petentis legitimam sibi noceat & ne semper incertus sit haeres, statuerunt legum conditores, ad hoc ut sciat quanta sit legitima, uel supplementum eius, quod attendatur tempus mortis testatoris, & filio non petente tunc legitimam, quicquid incrementi contigerit cursu temporis sine aliqua opera hominis cedat lucro instituti, non autem filii d. l. etiam  
 59 S. fin. & d. l. si patronum. S. fin. quare Bal. in allegato conf. 20. inconstanter, & male locutus

fuit, cum superiore confi. 19. contradixerit, ut in primo fundamento deduxi, quod repetendum non puto.  
 60 Ad septimum fateor allegatos ita tenuisse & ea ratione: quia legitima non debetur uiuente patre, nimirum si stat in suspensio, & non liberatur: quia pendet a futuro euentu, & liberatus intelligitur rebus sic stantibus, ut declarat Rui. confi. 56. nu. 14. uol. 3. & Anch. Iun. in d. quaesti. 51. nu. 11. Sed etiam non me latet, alios plures in contrariam sententiam iuisse, nam in primis Jacob. Butr. in d. l. pactum. C. de collat. & Bal. sibi contrarius uoluit, filiam nil petere posse pro supplemento legitima de bonis autis post eam consequuta, in l. in successione. C. de reuocan. donat. in l. quamuis. C. de fideicõ. & in l. quamquam. C. ad l. Fal. Ang. in l. si proponas. S. 1. in fi. & in l. si non mortis. ff. de inoffi. testa. And. sic. in d. c. cum M. Ferrariensis, Cur. in d. confi. fi. col. 3. qui mouetur ea ratione: quia tempore assignationis legitime filio uideatur pater mori iuris fictione: & quia legitima assignata ea poterat minui sicut augetur, & post Roma. testatur hanc esse communem. quam tenet etiam Fabian. de Gioch. in d. auth. nouissimi, nu. 74. Natta conf. 548. nu. 17. & in c. quamuis. de pact. in 6. Georg. Natta precessor suus col. 2. communem testatur, sicut & Boer. decis. 62. nu. 14. ubi subiungit, quod hanc opinionem uelut aequiorem semper sequutus fuit, eaque pariter amplectitur tenet, & examinat Rodericus Soarez. in l. quoniam in prioribus. 4. limit. C. de inoffi. testa. ubi comprobatur eam per text. singularem in l. cum quo. S. fin. ff. ad leg. Falc. qui loquitur in falcidia, uolens quod non detrahat haeres falcidia, si testator in uita sua de illa prouidit heredi suo, & ibi singulariter Ang. idem esse dicit in debita iure natura, qualis est legitima. Idemque tenet Imol. in l. inter cetera. ff. de libe. & posth. & l. stipulatio hoc modo, ubi quoque Roma. ff. de uerb. oblig. Jacob. Enrichmanus confi. 1. nu. 661. quare patet, quae ualde dubius sit articulus ille. Sed utrunque sit, utra pars potius admittenda sit, illud expeditum uidetur Ripae in d. c. cum M. Ferrariensis nu. 38. ad fi. quod ubi fuerint auctae facultates post mortem testatoris absque facto haereditum, puta per alluionem, uel, ut in casu nostro processu temporis, non debetur legitima de illi augmento, sicque sumus in casu tuto, quod est notandum. Et hanc opinionem Ripae simpliciter sequitur Viuius allegatus in fin. se remittens, ad eum.  
 63 Postremo non obstat tex. in d. S. corpora: quia dicit ibi corpora estimanda secundum praesens tempus, ad differentiam praeteriti temporis, quo defunctus uiuens ea emerat carius, & plus quam ualere, ut tradit glo. non autem ad differentiam pretii tempore mortis testatoris, quod tunc esset minus, quia de hoc non disputat, neque loquitur. Et an minus tunc ualere

rent est incertum, merito nihil facit ille tex. & ita solutis omnibus contrariis, remanet intentio pro fideicommissariis optime defensata, & comprobata. Reliquum est, ut Dominus Iudex omnibus diligenter pensatis iustitiam faciat, quam constanter teneo uersari pro dictis fratribus de Bonacolsis.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro magnifica Domina Eleonora Fallata.

ARGUMENTVM.  
 De appellatione executionem sententiae, non impediente bellissime tractatur.

SUMMARIVM.

- 1 Appellatione interposita productio ad supplicium resisti potest de facto iudici uolenti sententiam exequi. Ratione irreparabilis praedictorum. 15.
- 2 Iudex quando detulit appellationi de ipsa cognoscere debet. Quod declaratur. 16.
- 3 Actus est nullus ipso iure factus contra prohibitionem hominis.
- 4 Inhibitio debet esse canonica, ut liget manus iudici a quo. Et quae requirantur ut talis sit.
- 5 Consuetudo dicitur statutum tacitum. Nec inducitur per tolerantiam contra debitum iuris. 6.
- 7 Appellari non potest ab interlocutoria quando non parat praedictum in uia iuris sed facti tantum.
- 8 Possessio non continuatur in haereditate de iure communi.
- 9 Appellatio ab interlocutoria causa grauius non expressa nulla est.
- 10 Appellationis commissio citra praedictum rei iudicatae & executionis commissio quid operetur.
- 11 Venditore condemnato ad restitutionem pretij pariter emptor censetur condonatus ad restitutionem rei.
- 12 Sententiam nullam si quis principaliter dicat. Iudex non potest inhibere iudici primo uolenti eam exequi.
- 13 Appellari potest a sententia possessorij de iure canonico.
- 16 Clausula se & in quantum quid operetur in delatione appellationis posita.
- 17 Actus contra inhibitionem non est nullus si factus fuit contra ius.

Auxilium meum a Domino.

CONSILIUM CXLIX.

**I**N praesenti causa Domine Eleonora Castagninae cum Fallatis suae per appellationem & nullitatis dictatione per eos interposita a sententia magnifici Roncalei commissa magnifico consilio Iustitiae, & inhibitione per illud facta dicto magnifico Roncaleo. Videba-

tur prima consideratione dicendum, firmam remanere dictam inhibitionem, nec magnificentum Roncaleum super executionem suae sententiae se ulterius intromittere posse, iuxta doctorem. Bal. in l. addictos. col. 1. uers. Item adde. C. de episc. aud. ubi dicit, quod si amici, uel consanguinei appellant in casu permissio pro eo, qui ducitur ad supplicium, & nihilominus Iudex uult exequi, talem casu possunt iuduci de facto resistere, & huiusmodi executionem de facto impedire: quia per appellationem sublata fuit iurisdicatio iudicis a quo secundum Innocentium, qui sic not. in c. si quando, de offi. deleg. quod est notatu dignum, sequitur. Dec. in l. ut uim. nu. 27. ff. de iust. & iur.  
 2 Secundò confirmatur. Nam dominus Roncaleus detulit appellationi praedictae, unde de ipsa cognosci debet per magnificentum consilium Bal. in l. post sententiam. col. 2. C. de sent. & in ter om. iud. quem sequitur Alex. confi. 2. colu. fin. uol. 3. Ias. in l. 1. in prin. ff. de oper. no. nunc. in l. 1. col. 2. C. de bono. posses. secun. tabul. & confi. 187. col. 2. uol. 2. Soc. Iun. confi. 19. col. 2. uol. primo. Unde dominus Roncaleus interrim debet ab executione supersedere. l. 1. ubi glo. Bar. & alii. ff. nil noua. appe.  
 Tertio tantoque magis in casu nostro dominus Roncaleus abstinere debet ab exequendo cum fuerit sibi inhibitum per magnificentum consilium iudicem appellationis in praesenti causa: quia ubicunque iudex facit contra prohibitionem hominis inhibentis, actus est ipso iure nullus, ut tradit Aret. confi. 75. col. 2. in princ.  
 Istis tamen non obstantibus in contrariam sententiam descendo, nempe quod inhibitio praedicta debeat reuocari, dominusque Roncaleus ea non obstante sententiam suam possit ac debeat executioni demandare.  
 Moueor in primis, quoniam dicta inhibentia non fuit canonicè facta prout esse debet ad hoc, ut manus iudicis a quo liget. c. non solum. S. fin. & ibi Domi. & alii de app. in 6. iudex enim ad quem praemittere debet cognitionem, nunquid appellatio fuerit interposita ex causa legitima, & sit recipienda, & hoc reperto potest poterit inhibere iudici a quo. ita Ioann. Andr. Butr. Abb. Compostell. & alii, quos citat Fel. c. dilectus filius. 2. col. fi. de rescrip. Paris. confi. 108. nu. 6. uol. 1. Rol. a Val. confi. 77. col. fin. uol. 2. & pulchre tradit Cambian. in tract. clausular. in uer. nil nouari, nu. 24. at hic non in teruenit ista causa cognitio, sed extorta fuit haec inhibentia per Fallatos non narrantes naturam causae, nec formam commissionis magnificentorum Dominorum de signatura, de qua dicitur infra, merito prodesse non debet, nec super aliqua consuetudine contraria ius fieri potest: quia ubi constaret, non ualere. Nam consuetudo dicitur statutum tacitum, nec induci potest ab his, qui in coactu statutum expresse condere

condere non possunt, Barto. conf. 136. Capit. Bellame. conf. 27. col. 2. Craue. conf. 134. nu. 25. sed litigantis iudices non possunt statuere contra ius superioris. c. cū inferior. de maior. & obedi. ergo &c. † Secundò per tolerantiam non inducitur consuetudo contra debitum iuris, quia multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuissent in iudicium exigente iustitia tolerari non deberent. c. cum iam dudum. de præben. Oldra. cōf. 14. Crauet. conf. 96. n. 7.

Secundò confirmatur, quoniam sententia domini Roncalei fuit, ac est interlocutoria quædam in possessorio lata, quia mandauit Fallatis, ne turbent, aut molestent dominam Leonoram in possessione terre dictæ fctus, aut calmar, & laboratoribus, vt ei de fructibus responderent, sicut & ante per Dominos surrogatos fuerat præceptum, sicque dicitur fuisse interlocutoria, ut quādo iudex mandat, ne fiat aliqua nouitas possessori, † quo casu non potest appellari, quia non parit præiudicium in uia iuris, sed solum in uia facti, ne de facto fiat contra præceptum, ut declarat Bal. in l. 2. C. de epif. aud. qui bene notandus est, & ponderandus hoc casu. Nam cum subiungat, quòd si sententia definitiua sit, ut in casu. l. 1. C. si de momē. possess. de iure ciuili non appellatur, sed de iure canonico sic, de quo latè ponit Beninte. deci. 17. de cif. Neapol. 269. Rol. à Vall. d. conf. 77. Bero. q. 52. Capit. decif. 55. & abundè decif. 25. Senatus Pedemontani, vult apertè Bal. in casu præcedenti non appellari posse, tam de iure Canonico, quàm ciuili, aliàs non esset inter prædictos casus differentia, quam tamen signanter ponit Bal. ibi. Vnde si nō potuit appellari, multo minus inhiberi.

Tertiò considero, quòd magnifici Surrogati dixerant in eorum sententia, possessionem bonorum de quibus in lista fuisse continuatam in dominam Leonoram uigore statuti. Quòd possessio defuncti † nam de iure communi nō continuatur possessio. l. cum hæredes. ff. de acqui. possess. & in executione dictæ sententiæ derant præcepta dominæ Leonoræ in Calmis talis enim misio in possessionem fit in executione statuti, ut declarat Bal. in rubrica de cau. possess. & pro. Dec. conf. 84. cum similibus per Tiraquel. in tract. le mort. 2. declarat. 6. partis, quæ considerans, & alia deducta in processu D. Rocaleus, ex quibus apparebat terram fctus & calmarum idem esse corpus, dixit in eius possessione manuteneri, & conseruari debere dominam Leonoram, præcipiendo laboratoribus, vt ei de fructibus responderent, & Fallatis, ne eam molestarent, & ita pariter executus est sententiam dictorum Surrogatorum, meritò non datur appellatio à tali executione, cum potissimè nec quantitate, nec tempore, nec prætermisssa causæ cognitione, sic fuerit executus. l. ab exequutore, & ibi not. glo. & Doct. C. quor. appel. nō recip. Igitur apparet ex prædictis in-

hibitionem sibi factam non fuisse canonicam, & si hæc narrat fuissent magnifico consilio non inhuibisset.

9 † Quartò posito, quòd daretur appellatio ab executione, tamè hæc omnino reiicienda fuit, nec eius uigore debuit inhiberi: quia causâ grauiamini non fuit expressa nec modus excessionis sigillatim fuit expressus, vt fieri debuit secundum Bart. in l. ab executione. ff. de appel. Bal. in d. l. ab exequutore. col. 2. ver. & suis Castr. conf. 25. super 1. conf. 325. ad primum pulchrè Roma. conf. 41. qui ob id concludit, appellatio nem esse nullam, & ibi Mandosius Roma. in ad di. cōmuni testatur, vnde talis inhibitio superpresâ ueritate cōcessa reuocari debet omnino.

10 † Quintò non prætereò modum commissio nis causæ præsentis factum magnifico Consilio per clarissimos Dominos de signatura: quia commiserunt, dictam appellationem citra præiudicium re iudicatæ, & executionis commississe, quatenus deuoluat. Nam coram eis discussis iuribus partium in audientia solita, vbi dictum fuit executionem commissam fuisse in calmis per Dominos surrogatos ad fauorem domine Leonoræ dando sibi præcepta, & quòd inde fructus percepisset, & subinde quòd dominus Roncaleus idem fuisset exequutus, quantum pertinet ad exequutionem iuris, præcipiendo laboratoribus, & Fallatis ut supra, commiserunt quidem appellationem Fallatorum quatenus deuoluat, & sic quòd ad effectum deuolutiuum non tamen executionem iuris commissam per Roncaleum uoluerunt retrahere, nec impedire, nec in hoc dictæ dominæ Leonoræ præiudicare, & ob id dixerunt citra præiudicium rei iudicatæ & executionis commissæ, quare si non debet in hoc sibi fieri præiudicium, non debet impediri dominus Roncaleus dare executionem facti relaxando præcepta. Id enim uenit ex intentione dictæ commissionis, quæ aliter intellecta redderet sententiam domini Roncalei elusoriam, si non posset interim dare executionem facti, dum pendebit appellatio Fallatorum coram magnifico Consilio † ut in similitudine dicit decif. Sena. Pedem. 44. de sententia lata in remedio. l. 2. C. de rescin. uedi. per quã uenditor fuerat condemnatus ad restitutionem pretii emptori, non tamen emptor fuerat condemnatus ad restitutionem fundi empti. dicit enim id subintelligi debere, aliàs sequeretur, quod uenditor teneretur restituere pretium, & ex illa sententia non posset consequi rem uenditã, sicque sententia redderetur elusoria: sic enim dici debet in casu nostro, quòd elusoria redderet sententia magnifici Roncalei, qui dedit executionem iuris, si non posset dare executionem facti, cum totum penderet à terminatione magnifici Consilii, & quicquid fecisset dominus Roncaleus nihil esset, & nihil prodesset dominæ Leonoræ.

12 † Sextò prædicta confirmantur ex eo, quòd notant

notant Domini de Rota decif. 280. licet per uiam, ubi dicunt, quòd si quis dicat sententiã nullam principaliter, iudex cui commissio facta fuit, non potest inhibere iudici primo uolenti exequi sententiam suam, sed uterque iudex in utraque causa suo Marte procedere debet, ille super nullitate, hic super executione, & si dicens de nullitate obtinebit reuocabitur executione, quam decissionem citans Ioan. Staphil. in tract. de orat. expect. in tit. de commiss. lite. Iust. nu. 71. & 74. dicit, quòd longè melius & consultius erit apponere in signatura, sine præiudicio rei iudicatæ: quia per huiusmodi figuram utriusque partis iura seruantur illesa. Sic igitur in casu nostro dici debet ad uiguent. Nã consilium signaturæ dicens, sine præiudicio rei iudicatæ, & executionis commissæ, uoluit utrique parti consulere, dominæ Leonoræ, quæ possit habere executionem suam facti à Domino Rocaleo, Fallatis, ut super appellatione sua procedere possint coram magnifico consilio quod de iustitia, uel non sententiæ domini Roncalei cognoscere possit. Igitur inhibitio facta domino Roncaleo debet reuocari, ut in executione possit ultra procedere. † Et hoc etiam comprobatur optima & concludenti ratione. Nam quicquid sit de iure ciuili decifum per scribentes, an à sententia in causa possessorii detur appellatio. Clarum est de iure canonico eam dari. clem. 1. & ibi Card. & alii de sequest. poss. Abb. qui dicit esse communem in c. cum ad sedem. de restit. spol. Beninten. de 13 cif. 17. col. 1. † Et hinc inferitur, ex quo datur appellatio, executionem impediri, ut per Bald. conf. 367. uol. 1. Alex. conf. 99. col. 1. uol. 5. & decif. Sen. Pedem. 25. nu. 18. in fin. ergo si pariter deberet in casu nostro executio impediri, commissio dictæ appellationis facta, citra præiudicium executionis, esset uana nihilque profusus operaretur, contra doct. Bal. in rubrica. C. de contrah. empt. q. 9. Dicamus igitur nos esse præter omnem difficultatem, sicque executionem non differri, prout uoluerunt ipsi Domini signaturæ facientes commissionem modo prædicto.

15 † Et hanc partem tenendo non obstant contraria. Namque ad primum responderetur, illud procedere propter præiudicium irreparabile, quòd sequeretur reo, qui mortuus amplius reuocari non posset per sententiam iudicis ad quem. At hic præiudicium est reparabile, cum si Fallati obtinebunt coram Consilio, reuocabitur executio, ut dicitur domini de Rota decif. 280.

16 † Quò uerò ad secundum de Ronc. qui detulit appellationem, responderetur, id non simpliciter factum, sed cum clausula, si & inquantum, quæ operatur, quòd si non debebat deferri iudex à quo persuerat in sua iurisdictione Bal. in l. edita. colum. 17. uer. item dubitatur. C. de eden. Ang. consil. 207. col. 3. cum similibus quos congerit Rol. à Vall. d. conf. 77. num. 18.

uol. 2. & Alciat. responsio. 406.

17 † Ad tertium de inhibitione respōdet idem Roland. quòd procederet inhibitio si fuisset canonica alias secus, quia sine causâ cognitione manauit & subreptitiè obtēta à magnifico Consilio, meritò non debet attendi, quominus dominus Roncaleus posset in executionem procedere. Actus enim gesti contra inhibitionem non sunt nulli, quando facta fuit contra ius, ut est glo. ff. in c. 2. & ibi not. Abb. not. 4. de restit. spol. & ita de iure concludo.

Hippol. Riminal. Ferrar.

Pro muliere quadam.

ARGUMENTVM.

De muliere inquisita de pena relapsi ab ea pulcherrimè de fensa.

SVMMARIVM.

- 1 Hereticus cui domus pro carcere destinata fuit sub pena relapsi si exiret exeundo & fugiendo pro relapsio censeri debet ut non implens penitentiam sibi iniunctam. 2.
- Et sic reuersus iuris presumptione. 3.
- Sicq. seruari Bossius tradit. 4.
- Et Milles quendam combustum fuisse testatur. 5.
- At contrariam partem pleriq. tenuerunt. 8. 11.
- Quibus auctor accedit distinguens. 13. 18. 19.
- 3 Suspectus de relapsu in heresim præstare debet idoneam securitatem de seruando fidem catholicam.
- 6 Iuramentum seruari quando seruari non posset sine interitu salutis aeternæ.
- 7 Pena uoluntaria quis uidetur se astringere & in eã incidisse.
- 8 Hereticus non seruando penitentiam sibi iniunctã peccare dicitur non tamen de fide male sentire. Quod per distinctionem declaratur. 13.
- Quando penitentia de directo erat contra heresim. ut eam detestari aduersus eam predicare. & cum hereticis non conseruari. 14.
- Secus si ieiunare, peregrinari, domum pro carcere assignatam non exire. 15.
- 9 Differunt male de fide sentire et penitentiam iniunctam non implere.
- 10 Diuersa non includunt diuersa.
- 12 Clericus incorrigibilis quando dicatur. De quo distinguit Abbas. 26. 27.
- 16 Relapsus quando quis dicatur. 23. 24.
- 17 Carcer heretico quare detur.
- 20 Hæres non utitur beneficio inuentarij conuentus ex debito hereditario de quo conuenit.
- 21 Manere in domo uel non non sapit heresim.
- 22 Ratio Decij. conf. 137. nu. 3. defenditur.
- 25 Relapsus non dicitur recedens & postea uoluntariè rediens & se presentans.
- 26 Clericus non dicitur incorrigibilis qui penitentiam iniunctam